nunc israel nisi quia dominus
erat in nobis.
Cum exurgerent homines
in nos forte vivos deglutis-
sent nos.
Cum irasceretur furor
eorum in nos forsitan aq-

ab sorbuisset nos.
Torrentem ptransiuit
anima nostra aquam in
tollerabilem.
Benedictus dn̄s qui nō
dedit nos in captionem den
tibus eorum.
Anima nr̄a sicut passer
erepta est de laqueo uenanciū.
Laqueus contritus est
et nos liberati sumus. ℣
Adiutorium nr̄m in no
mine domini qui fecit ce
lum et terram.

Qui confidunt in
domino sicut mõs
syon non commouebitur :
qui hītat in iherusalem.
Montes in circuitu eius
et dominus in circuitu popu
li sui ex hoc nunc et usque in
seculum.
Quia non relinquet
dominus uirgam peccato
rum sup̄ sortem iustorum
ut non extendant iusti ad
iniquitatem manus suas.
Benefac domine bonis

et rectis corde.

Reduunientes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem pax super israel.

Gloria patri. Ant. Benedicta filia tu a domino quia per te fructum vite communicavimus. Capitula.

In iacob inhabita et in israel hereditare et in electis meis mitte radices.

V. R. Post partum virgo inviolata permansisti. V. Dei genitrix intercede pro nobis. In. Gloria. Post.

℣ Sancta dei genitrix virgo
semper maria. Intercede pro
nobis ad dominum deum nostrum.
Famulorum oratio
tuorum quesu-
mus domine delictis igno-
sce ut qui tibi placere de acti-
bus nostris non valemus
genitricis filii tui domini
nostri ihesu christi intercessione
salvemur. Per dominum
nostrum ihesum christum
filium tuum qui tecum
vivit. ad sextam.







eus in adiuto
rium meum ī
tende. Domine





ad adiuuandum me festina.
Gloria patri. an. Regali. psalmus
In conuertendo do
minus captiuitatē
syon facti sumus sicut cōsolati.
Tunc repletum est gau
dio os nostrum et lingua
nostra in exultatione.
Tunc dicent inter gētes
magnificauit dn̄s facere
nobiscū facti sumꝰ letātes.
Conuerte dn̄e captiui
tatem nostram sicut torrens
in austro.

Qui

Qui seminant in lacri
mis in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant
mittentes semina sua.
Venientes autem veni
ent cum exultatione porta
tes manipulos suos.
Nisi dominus edifica
verit domum in va
num laboraverunt qui
edificant eam.
Nisi dominus custodierit civi
tatem frustra vigilat qui
custodit eam.

Vanum est nobis ante
lucem surgere surgite post
quam sederitis qui man
ducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis
sompnum ecce hereditas filij
merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu
potentis ita filij excussorum.
Beatus vir qui implevit
desiderium suum ex ipsis non
confundetur cum loquetur
inimicis suis in porta.
Gloria patri et filio et.

Beati omnes qui
timent dominum
qui ambulant in viis eius.
Labores manuum tua
rum quia manducabis
beatus es et bene tibi erit.
Uxor tua sicut vitis a
bundans in lateribus domus tue.
Filii tui sicut novelle o
livarum in circuitu mense tue.
Ecce sic benedicetur ho
mo qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex Sy
on et videas bona Jerusalem om

bus diebus vite tue.
Et videas filios filiorum
tuorum pacem super israel.
Gloria patri. an. Regali ex p
genie maria orta refulget cuius
precibus nos adiuvari mente et
spiritu devotissime possimus. capitulum.
Et sic in syon firma
ta sum et in civita
te sanctificata similiter re
quievi et in iherusalem potestas
mea. R. Sancta dei genitrix
Virgo semper maria. V. Interce
de pro nobis ad dominum deum

genitum nostrum. Virgo. Gloria.
Sancta. ℣. Ora pro nobis. Oratio

Protege domine famulos tuos sub sidiis pacis et beate marie semper virginis nos patrocinius confidentes a cunctis hostibus nos redde securos. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum vivit et regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Ad nonam ut supra.



Deus in adiuto
rium meum in
tende. Domine

ad adiuuandum me festina
Gloria patri. Añ. Maria uirgo
Sepe expugnaue
runt me a iuuen
tute mea et enim non potue
runt michi.
Sepe expugnauerunt
me a iuuentute mea et e
non potuerunt michi
Supra dorsum meum
fabricauerunt peccatores
prolongauerunt iniqui
tatem suam.
Dominus iustus conci

det ceruices peccatorum con
fundantur et conuertantur
retrorsum omnes qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tecto
rum quod priusquam euel
latur exaruit
De quo non impleuit ma
num suam qui metet et si
num suum qui manipulos colli
Et non dixerunt git.
qui preteribant benedictio domini
super vos benediximus vobis
in nomine domini
Gloria patri et filio et.

De profundis cla
maui ad te domine
domine exaudi uocem meam.
Fiant aures tue inten
dentes in uocem deprecationis
Si iniquitates me
obseruaueris domine domine
quis sustinebit.
Quia apud te propiciatio
est et propter legem tuam
sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in u
erbo eius sperauit anima mea in domino
A custodia matutina us

que ad noctem speret israel
in domino.
Quia apud dominum
misericordia et copiosa a
pud eum redemptio.
Et ipse redimet israel ex omni
bus iniquitatibus eius.
Gloria patri. psalmus d.
Domine non est e
xaltatum cor meum
neque elati sunt oculi mei.
Neque ambulavi in
magnis neque in mira
bilibus super me.

Si non humiliter sen-
tiebam sed exaltavi animam
meam.
Sicut ablactatus super
matrem suam ita retribu-
tio in anima mea.
Speret Israel in domino ex
hoc nunc et usque in seculum.
Gloria patri. Ant. Maria vir-
go semper letare que meruisti
xpistum portare celi et terre condi-
torem quia de tuo sacro utero
protulisti mundi salvatorem.
Sicut cynamomum et

balsamum aromatizans
odorem dedi quasi mirra elec
ta dedi suavitatem odoris.
Deo gratias. R. Ora pro nob
Sancta dei genitrix. V. Ut dig
ni efficiamur promissionib
xpi. Sca. Glia. Ora. V. Bene
dicta tu in mulierib. Et bene.
Beate et gloriose semp
virginis marie qs
omnips deus ut intercessio
gloriosa nos protegat et ad
vitam eternam nos pducat.
Per dnm. Ad vesperas





Eus in adiuto
rium meum in
tende. Domine





ad adiuuandum me festina.
Gloria. an. Beata mater. ps.
Dixit dominus domino
meo sede a dextris
meis.
Donec ponam inimi
cos tuos scabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tue e
mittet dominus ex syon do
minare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in
die virtutis tue in splendo
ribus sanctorum ex utero
ante luciferum genui te.

Iuravit dominus et nō
penitebit tu es sacerdos in
eternum secundum ordi
nem melchisedech.
Dominus a dextris tuis
confregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationi
bus iplebit ruinas conquas
sabit capita ī terra multorū.
De torrente in via bibit
ꝑptea exaltabit caput.
Gloria patri et filio et.
Laudate pueri do
minum laudate

nomen domini.
Sit nomen domini be
nedictum ex hoc nunc et us
que in seculum.
A solis ortu usque ad occa
sum laudabile nomen domini.
Excelsus super omnes
gentes dominus et super ce
los gloria eius.
Quis sicut dominus deus
noster qui in altis habitat et
humilia respicit in celo et in terra.
Suscitans a terra inopem
et de stercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum pri-
ncipibus cum principibus populi sui.
Qui habitare facit steri-
lem in domo matrem filio-
rum letantem.
Gloria patri et filio. Ps.
Letatus sum in his que
Nisi dominus. ut sup.
ad matutinas. psalmus.
Lauda ierusalem domi-
num lauda deum
tuum syon.
Quoniam confortavit
seras portarum tuarum be-

Benedixit filiis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pa
cem: et adipe frumenti saciat te.
Qui emittit eloquium
suum terre: velociter currit
sermo eius.
Qui dat nivem sicut la
nam: nebulam sicut cinerem
spargit.
Mittit cristallum suum
sicut buccellas: ante faciem
frigoris eius quis sustinebit.
Emittet verbum suum
et liquefaciet ea: flabit spiritus

eius et fluent aque.
Qui annunciat verbum
suum iacob iusticias et iu
dicia sua israel.
Non fecit taliter omni
nationi et iudicia sua non
manifestavit eis.
Gloria patri. an. Beata ma
ter et innupta virgo gloriosa re
gina mundi intercede pro no
bis ad dominum deum nostrum.
Speciosa facta ps.
es et suavis in deli
ciis tuis sancta dei genitrix.

Virgo singularis
inter omnes mi-
tis nos culpis solutos mi-
tes fac et castos.
Vitam presta puram
iter para tutum ut videntes
ihesum semper colletemur.
Sit laus deo patri summo
xpo decus spiritui sancto tribus
honor unus amen. V. Ora.
Magnificat anima
mea dominum.
Et exultavit spiritus
meus in deo salutari meo.

Quia respexit humilita
tem ancille sue ecce enim
ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.
Quia fecit michi mag
na qui potens est et sanctū
nomen eius.
Et mīa eius a progenie
in progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in bra
chio suo dispersit superbos
mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede
et exaltavit humiles.

Esurientes impleuit bo
nis et diuites dimisit in
anes.
Suscepit israel puerum
suum recordatus misericordie sue.
Sicut locutus est ad pa
tres nostros abraham et
semini eius in secula.
Gloria patri. Ant. Sancta
maria succurre miseris iuua
pusillanimes refoue flebi
les ora pro populo interueni p
clero intercede pro deuoto femi
neo sexu sentiant omnes tuum

iuuamen quicumque celebrāt
tuam sc̄am commemoratione͂



Omnipotens **orō**.
sempiterne deus
nos famulos tuos dextera po
tentie tue a cunctis protege
periculis et beata maria sem
per virgine intercedente fac
nos presenti prosperitate gau
dere et futura. Per. **p̄bitatoribꝫ**
Domine rex omnipotens libera nos
propter nomen tuū et da nobis locū
penitencie. **V.** Ostende nobis. **Orō**



Omnipotens sempiterne deꝰ



miserere famulis et famu
labus tuis et dirige eos secun
dum clementiam tuam in
viam salutis eterne ut te do
nante tibi placita cupiant
et tota virtute perficiant. Per.
Aña pro pace. Da pacem domine
in diebus nostris quia non est alius
qui pugnet pro nobis nisi tu deus
noster. ℣. Fiat pax. Et. Oratio.
Ineffabilem misericordiam
tuam nobis domine clemen
ter ostende ut simul nos a pec
catis omnibus exuas et a penis

et aspersis et tribulationi
bus quas incurrimus eripi
as et pacem tuam nostris
concede temporibus. Per. De omnibus
sanctis. Via iustorum recta fac
ta est et iter sanctorum preparatum est.
Vers. Orate pro nobis. Oratio. Oro.
Omnes sancti tui
quesumus domine nos u
bique orantes letificent et ad
iuvent ut quorum a nobis
veneratio agitur eorum nos
iugiter pia intercessio tuea
tur. Per. Ad completorium uts.



Conuerte nos de
us salutaris nr̃.
Et auerte iram

tuam a nobis. Deus in adiuto-
rium meum intende. Domine
ad adiuvandum me festina. G
loria patri. An. Ortus conclusus.

Memento domine
david et omnis
mansuetudinis eius.
Sicut iuravit domino
votum vovit deo iacob.
Si introiero in taberna-
culum domus mee si ascen-
dero in lectum strati mei.
Si dedero sompnum ocu-
lis meis et palpebris meis dor-

mitationem.
Et requiem temporibus
meis donec inveniam locum
domino tabernaculum deo iacob.
Ecce audivimus eam in
effrata invenimus eam
in campis silve.
Introibimus in taber
naculum eius adorabimus
in loco ubi steterunt pedes eius.
Surge domine in requiem
tuam tu et archa sanctifi
cationis tue.
Sacerdotes tui induan

tur iusticiam et sancti tui
exultent
Propter dauid seruũ
tuum non auertas faciẽ
xpi tui
Iurauit dominus da
uid ueritatem et nõ frus
trabitur eam de fructu uẽ
tris tui ponam super sedẽ
tuam.
Si custodierint filii
tui testamentum meũ
et testimonia mea hec
que docebo eos.

Et filij eorum usque in
seculum seculi sedebunt su
per sedem tuam.
Quoniam elegit dñs
syon elegit eam in habita
tionem sibi.
Hec requies mea in se
culum seculi hic habitabo
quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens
benedicam pauperes eius
saturabo panibus.
Sacerdotes eius induam
salutari et sancti eius ex

tatione exultabunt.
Illuc producam cornu
david: paravi lucernam
xpo meo.
Inimicos eius induam
confusione: super ipsum
florebit autem sanctificatio mea.
Gloria patri et filio et.
Ecce quam bonum
et quam iocundum
habitare fratres in unum.
Sicut unguentum in
capite eius: quod descendit
in barbam barbam aaron.

Quod descendit in horā
uestimenti eius sicut ros
hermon qui descendit in
montem syon.
Quia illic mandauit do
minus benedictionem et
uitam usque in seculum.
Gloria patri et. psalmus.
Ecce nunc benedi
cite dominum
omnes serui domini.
Qui statis in domo do
mini in atriis domus dei nrī.
In noctibus extollite ma

nus uestras in sancta et be-
nedicite dominum.
Benedicat te dominus
ex syon qui fecit celum et
terram.
Gloria patri et filio et.
A. Hortus conclusus es dei geni-
trix hortus conclusus es et fons
signatus surge amica mea et
veni. A. Rubum. psalmus
Nunc dimittis ser-
uum tuum domine
secundum verbum tuum
in pace.

Quia viderunt oculi
mei salutare tuum.
Quod parasti ante faciē
omnium populorum.
Lumen ad revelatio
nem gentium et gloriam
plebis tue israel.
Gloria patri. An. Rubum
quem viderat moyses incom
bustum conservatam agno
vimus tuam laudabilem vir
ginitatem dei genitrix inter
cede pro nobis. V. Dominus
vobiscum. Et cum. Oratio S.

GRaciam tuam
quesumus dñe
mentibus nostris in fun
de ut qui angelo nuncian
te xpi filij tui incarnatio
nem cognouimus per pas
sionem eius et crucem ad
resurrectionis gloriam p
ducamur. Per dominum.



Deus in adiuto
rium meum
intende. Domine

ad adiuuandum me festina.
Gl'ia patri. An̄. Beata es. ps̄. Dixit
dominus. Capitulum. Cant̄. Beata es maria
na que credidisti perficientur in te.
In diebus illis capitul'
saluabitur iuda et
israel habitabit confidenter
et hoc est nomen quod
uocabit eum dominus deus n̄r.
Conditor alme sy-
derum eterna lux
credencium xp̄e redemptor
omnium exaudi preces
supplicum

Qui condolens interi
tu mortis perire seculum sal
vasti mundum langui
dum donans reis remedium.
Vergente mundi ves
pere uti sponsus de thalamo
egressus honestissima vir
ginis matris clausula.
Cuius forti potencie ge
nu flectuntur omnia ce
lestia terrestria nutu faten
tur subdita.
Te deprecamur agie
venture iudex seculi con

serua nos nos in tempore
hostis a celo pfidi.
Laus honor uirtus glo
ria deo patri et filio sancto si
mul paraclito in sempiter
na secula amen. V Rorate
celi desup. Et nubes pluant iu
stum aperiatur terra et germinet
saluatorem. an Ne timeas. p
Mg. an Ne timeas maria in
uenisti gratiam apud dnm
ecce concipies et paries filiu alla.
oro Deus qui de bte marie.
Coes ut sup. ad completorium.

9r

Onuerte nos deus sa
lutaris noster. Et a
uerte iram tuam a nobis. Deus
in. A. Beatam. ps. Memento.
cum aliis. Aũ. Beatam me di
cent omnes generationes quia
ancillam humilem respexit deus.
Aũ. Ueni domine. ps. Nunc di
mittis seruum tuum domine.
Aũ. Ueni domine uisitare nos
in pace ut letemur coram te cor
de perfecto. Oratio. Graciam tuam
quesumus domine mentibus
ut supra. Ad matutinas b̃te m̃.





Domine labia
mea aperies
Et os meum ad





nnunciabit laudem tuam. Deus
in ad. Invit. Regem venturum
dominum venite adoremus. Ps. Ve
nite. A. Missus est. Ps. Domine dominus
noster cum aliis. Ant. Missus est ga
briel angelus ad mariam vir
ginem desponsatam ioseph. Ps.
V. Egredietur virga. R. Emitte ag
num domine. Iube. Alma virgo.
Ec diciat domini. ysaie.
Huius dey egredietur
virga de radice eius et flos
de radice iesse ascendet et re
quiescet super eum spiritus domini

spus sapiencie et intellectus
spus consilij et fortitudinis
spus sciencie et intel pietatis
tis et replevit eum spus ti-
moris domini. Hec dicit
R. Missus est gabriel angelus
ad mariam virginem desponsa
tam ioseph nuncians ei verbum
expavescit virgo de lumine. Ne
timeas maria invenisti graciam
apud dominum ecce concipies et paries
filium et vocabitur altissimi
filius. V. Dabit ei dominus sedem
david patris eius et regnabit in

domo iacob in eternum. Ne. lii
Non secundum vi
sionem oculorum
iudicabit neque secundum
auditum aurium arguet:
Sed iudicabit in iusticia
pauperes et arguet in equi
tate pro mansuetis terre. ℟
Aue maria gracia plena dominus
tecum Spiritus sanctus superueniet
in te et uirtus altissimi obumbra
bit tibi quod enim ex te nascetur
sanctum uocabitur filius dei. ℣ Quo
modo fiet istud quoniam uirum non cog

nosco. respondens angelus dixit ei.
ET percutiet terram
virga oris sui et
spiritu labiorum suorum in
terficiet impium et erit ius
titia cingulum lumborum
eius et fides cinctorium renum
eius. Hec. R. Ecce virgo conci
piet et pariet filium dicit dominus.
Et vocabitur nomen eius admi
rabilis deus fortis. V. Super solium
david et super regnum eius sedebit
in eternum. Et. Gloria. Te deum lau
damus. V. Vox clamantis in deserto

Parate viam dñi rectas facite
semitas dei nostri. ad laudes.
Deus in adiutorium meum
intende. Dñe
ad adiuvandum me festina.
A. Dicite. Ps. Dñs regnavit cū al'.
A. Dicite filie syon ecce rex tuus
veniet tibi syon noli timere ecce
deus tuus veniet. capitulū.
Venite ascendamus
ad montem domi
ni et ad domū dei iacob et doce
bit nos vias suas et ambu
labimus in semitis eius q̄r

de syon exibit lex et verbum
domini de iherusalem. Deo. ympnus
Verbum supernum
prodiens a patre
olim exiens qui natus orbi
subvenis cursu declivi temporis.
Illumina nunc pectora
tuoque amore concrema
audito ut preconio sint
pulsa tandem lubrica.
Iudexque cum post adhe
ris rimari facta pectoris red
dens vicem pro abditis ius
tisque regnum pro bonis.

Non demum nunc arteamur
viciis pro qualitate criminũ
sed cum beatis compotes si
mus per tempora celibes.
Presta pater. ℣ Corda
mentis in recto. Ant. Spiritus
sanctus in te descendet maria ne
timeas habebis in utero filiũ
dei alleluia. Ps. Benedictus. Oratio
Deus qui de beate marie. ut sup.
Ant. Ecce dominus veniet et omnes sancti
eius cum eo et erit in die illa lux
magna alleluia. ℣ Orate. Oratio.
Consciencias nostras quesumus

domine visitando purifica
ut veniens ihesus xpistus filius
tuus dominus noster paratam
sibi in nobis inveniat
mansionem. Per. Ad primam

Deus in adiutorium
meum intende. Do
mine ad. An. Ecce virgo. ps. Deus
in nomine tuo cum aliis. An. Ecce
virgo concipiet et pariet filium
et vocabitur nomen eius he
manuel. V. Exurge domine adiu
va nos Et libera nos propter nomen
tuum. Oro. Gratiam tuam. ut supra.

Deus in adiu ad terciā.
torium meum inten
de. Domine aña Multiplicabitur
ps Ad te leuaui cū aliis. Aña Mul
tiplicabitur eius imperiū et pa
cis eius non erit finis. Capitula
Ecce dies ueniunt
dicit dominus et
suscitabo dauid germen iu
stum et regnabit rex et sapi
ens erit et faciet iudicium
et iusticiam in terra. R Ve
ni ad liberandum nos Domine
deus uirtutum. ℣ Ostende faciem

tuam et salui erunt. Oste. Gl.
℟ Timebunt gentes nomen
tuu͂ dn͂e. Et om͂s reges terre
gloriam tuam. Oro Deus qui de
bte marie. ad sextam et primo.
Deus in adiutoriu͂
meu͂. a͂ Dabit. ps͂.
In conuertendo cu͂ aliis. a͂ Dabit
ei dominus sedem dauid patris
eius et regnabit in domo ia
cob in eternum. Capitula.
Ecce uirgo concipiet
et pariet filium et
uocabitur nomen eius he

104

manuel. ℟ Ostende nobis
dñe misericordiam tuam. ℣ Et salutã
re tuum da nobis. Miam t.
Gloria. ℣. Memento nostri do
mine in beneplacito ppli tui.
Et visita nos in salutari tuo.
Oro. Gratiam tuam. Ad nonam
D Eus in adiutoriū
meū. Añ. Quomodo.
Ps. Sepe ex. a iuu alus. Añ. Quo
modo fiet istud angele dei qui
minime in concipiendo non p
tuli. Audi maria virgo spũs
sancto superveniet in te et ṽtus

altissimi obumbrabit tibi.

Hymnus. Capitulum.

Omnis vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur et erunt prava in directa et aspera in vias planas. ℟. Super te ihrlm orietur dominus. ℣. Et gloria eius in te videbitur. Orietur. Gloria. Super. ℣. Domine deus virtutum converte nos. Et ostende faciem tuam et salvi erimus. Oratio. Conscientias nostras. Officium de nativitate domini.



Omine la
bia mea apꝑ
ies. Et os me



mea annūciabit laudem tuā.
Deus. Inuitat. Xp̄us natus est
nobis. Venite adoremus. ps.
Venite. añ. Salus eterna. ps.
Domine dominus nr̄. cū aliis.
añ. Salus eterna mundo ap
paruit ut hominem pditū
ad celestia regna renouaret.
℣ Tanquā sponsus dn̄s proce
dens de thalamo suo. Proc̄.
℣ Puer natus est nob̄. Et
filius datus est nob̄. Iube. Alma.
Apparuit be lc̄ p̄ma
nignitas et humanī

nitas saluatoris nr̃i dei ex
opibus iusticie que fecimus
nos sed scd̃m suam misericordiam
saluos nos fecit. Tu. ℟. O
magnum misterium et ami
rabile sacramentum ut aĩa
lia viderunt dominum natum
iacentem in p̃sepio btã virgo
cuius viscera meruerunt por
tare dñm xp̃m. ℣. Dñe audiui
auditum tuum et timui con
sideraui opera tua et expaui ĩ
medio duorum animaliuꝫ.
Iacentem. Iube. lectio secunda.

Per lauacrum re
generationis et
renouationis spiritus sancti
quem effudit in nobis ha
bunde per ihesum xpistum salua
torem nostrum ut iustificati
gratia ipsius heredes simus
secundum spem uite eterne in xpisto
ihesu domino nostro. R. Sancta et
inmaculata uirginitas qui
bus te laudibus efferam nescio
Quia quem celi capere non
poterant tuo gremio contulis
ti. V. Benedicta tu in mulieri

bus et benedictus fructus uen
tris tui. Qua. Iube. lc̄. scā.
Apparuit gracia
dei saluatoris nr̄i
omnibus hominibus erudiens
nos ut abnegantes impieta
tem et secularia desideria
sobrie iuste et pie uiuamus
in hoc seculo expectantes
beatam spem et aduentum
glorie magni saluatoris ihū
xp̄i domini nr̄i. Tu. R. Nes
ciens mater uirgo uirum pe
perit sine dolore saluatorem

seculorum ipsum regem ange
lorum. Sola virgo lactabat
ubere de celo pleno. V. Domus
pudici pectoris templum re
pente fit dei intacta nesciens
virum verbo concepit filium.
Sola. Gloria. Sola. R. Te deum
laudamus. V. Obumbrauit. Ad
Deus in adiutorium. laudes
meum intende. Ant. Genuit. P. Dominus
regnauit decorem induit. Ant. Genuit
puerpera regem cui nomen
eternum et gaudium matris

habens cum virginitate pudo
ris quia nec primam similē
visa est nec habere sequentē.
Populus gen aña.
tium qui ambu
labat in tenebris vidit lu
cem magnam habitantibꝫ
in regione umbre mortis
lux orta est eis. Deo. ẏmus.
A solis ortus cardine
ad usqꝫ terre limitē
xpm canamus principem
natum maria virgine.
Beatus auctor seculi ser

ille corpus induit ut carne
carnem liberans ne perderet
quos condidit.

Caste parentis viscera
celestis intrat gratia venter
puelle baiulat secreta que
non noverat

Domus pudica pectoris
templum repente fit dei in
tacta nesciens virum ver
bo concepit filium

Enixa est puerpera quem
gabriel predixerat quem
matris alvo gestiens clau

sus iohannes senserat.
Feno iacere ptulit pre
sepe non abhorruit paruo q(ue)
lacte pastus est per quem
nec ales esurit.
Gaudet chorus celestiu(m)
et angeli canunt deo psal
lam(que) fit pastoribus pas
tor creator omnium.
Gloria tibi domine qui na
tus es de uirgine cum patre
sancto spiritu in sempiterna
secula amen. ℣ Verbum.
Añ. Beatus uenter qui te por

tauit xpe et btā ubera que te
lactauerunt dn̄m saluatore
mundi alla. ps. Surg. Oratio.

Deus qui salutis
eterne beate marie
uirginitate fecunda huma
no generi premia p̄stitisti
tribue quesumus ut ipam
pro nobis intercedere sentiam⁹
p quam meruimus auctorē
uite suscipere. dominū nos
trum ihm̄ xpm̄ filiū tuū.
Qui. Cetera ut supra ad primā
de btā maria. Ad primam. R.

Deus in adiutoriũ
meum intende. Do
mine ad ad. Añ. Virgo ho. ps.
Deus in nomie tuo saluũ.
Añ. Virgo hodie fidelis et siue
rbum genuit incarnatum
virgo mansit et post ꝑtum
quam laudantes omnes di
camus benedicta tu in mulie
ribus. ℣. Benedictus q. Oro.
Da nobis quesumus
domine deus noster
ut qui natiuitatem domi
ni nostri ihũ xpi nos frequẽ

tare

tatur gaudeamus dignis con
uersationibus ad cuius me
moriam peruenire consor
tium. P. ad terciam.
Deus in adiutorium
meum intende. an.
Virgo ps. Ad te leuaui cum aliis.
a. Virgo dei genitrix quem to
tus non capit orbis in tua se
clausit uiscera factus homo uera
fides genuit purgauit crimina
mundi et tua uirginitas inmo
lata permansit. capi. Populo
gentium. R. Verbum caro factum

est factum est. Et habitauit in
nobis. ℣. Et uidimus gloriam
eius gloriam quasi unigeniti a
patre. Et. Gloria. ℣. Notum fe
cit. Oratio. Deus qui salutis. s.

Deus in adiu ad vi.
torium meum. a. Virgo
uerbo. ps. In conuertendo. Gloria.
a. Virgo uerbo concepit uirgo
permansit uirgo peperit regem
omnium regum. Capitula. Ca.

Apparuit benigni
tas et humanita
saluatoris nostri dei non ex

peribus iusticie que fecimus
nos sed secundum suam misericordiam
saluos nos fecit. R. Notum
fecit dominus. Salutare suum.
V. In conspectu gentium reue
lauit iusticiam suam. Salu.
Gloria. V. Benedictus. Oratio.

Presta quesumus
omnipotens deus ut na
tus hodie saluator mundi
sicut diuine nobis genera
tionis est auctor ita et im
mortalitatis sit ipse largitor.
Qui tecum. Ad nonam.

D Eus in adiutorium
meum. Añ. Virgo. ps.
Sexte cũ aliis. Añ. Virgo sancta ex
uiri ignara consortio spũ fecũ
data ineffabiliter mundi par
turiit auctorem. Capitula.

A Pparuit gratia sal
uatoris nři dei oĩbꝫ
hominibꝫ erudiens nos ut
abnegantes impietatem ꝛ
secularia desideria sobrie iuſ
te et pie uiuamus in hoc sclo.
℞. Benedictus qui uenit In no
mine domini. ℣. Deus dñs et il

luxit nobis. Jn. Glia. v. Vide
runt omnes fines. Oratio.

Respice nos omps deus
et invisions et men
tibus nostris clementer:
humanis nascente xpo sum
me veritatis lumen ostende.
Per dominum nostrum
ihm xpm filium tuum qui
tecum vivit et regnat deus
Per omnia secula Seculo
rum. amen. Ad vesperas.





Deus in adiu
torium meum
intende. a Nes



deus. ps Dixit dominus. aum al.
an Nesciens mater virgo virum
peperit sine dolore salvatorem
seculorum ipsum regem angelo
rum sola virgo lactabat ubere
de celo pleno. an Populus. ymnus
Veni redemptor gen
tium ostende par
tum virginis miretur omne
seculum talis decet partus deum.
Non ex virili semine sed
mistico spiramine verbum dei
factum caro fructusque ven
tris floruit.

Alvus tumescit virgini
claustra pudoris permanet
vexilla virtutum micant
versatur in templo deus.
Procedens de thalamo suo
pudoris aula regia gemine
gigas substancie alacris
ut currat viam.
Egressus eius a patre re
gressus eius ad patrem excur
sus usque ad inferos recursus
ad sedem dei.
Equalis eterno patri car
nis tropheo accingere in fir

ma nostri corporis virtute
firmans perpetim.
Aurore iam fulget tuum
lumen que nos spirat novum
quod nulla nox interpollet
fide que iugi luceat.
Gloria tibi domine. ℣. Ver
bum caro. ℟. Germinavit. ℟.
Mag. An. Germinavit radix ies
se orta est stella ex iacob virgo
peperit te laudamus deus noster. Oratio.
Deus qui salutis. Ad completorium.
Converte nos deus
salutaris noster. Et ad.



A Exultemus. ps. Memento salutis. an Exultemus in domino spirituali iocunditate letemur quia salus eterna mundo apparuit all'a. a Illuxit. ps Nunc di. an Illuxit nobis dies redemptionis nostre reparationis antique felicitatis eterne. Oro Da nobis ut supra.





Omine ne in
furore tuo ar
guas me neq;



in ira tua corripias me.
Miserere mei domine quoniam infirmus sum sana
me domine quoniam contur
bata sunt omnia ossa mea.
Et anima mea turbata
est valde et tu domine usquequo.
Convertere domine et eri
pe animam meam salvum
me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in mor
te qui memor sit tui in infer
no autem quis confitebitur tibi.
Laboravi in gemitu meo

lauabo per singulas noctes
lectum meum lacrimis
meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore
oculus meus inueteraui
inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem quia e
xaudiuit dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus depreca
tionem meam dominus
orationem meam suscepit.
Erubescant et conturben
tur vehementer omnes

inimici mei conuertantur
et erubescant valde velociter.

Beati quorum psalmus

[B]eati quorum remisse sunt
iniquitates et quorum
tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non im
putavit dominus peccatum
nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inve
teraverunt omnia ossa mea
dum clamarem tota die.
[Q]uoniam die ac nocte grava
ta est super me manus tua

conuersus sum in erumpna
mea dum configitur spina.
Delictum meum cog
nitum tibi feci et iniusticiam
meam non abscondi
Dixi confitebor aduer
sum me iniusticiam meam
domino et tu remisisti impieta
tem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis
sanctus in tempore opportuno.
Verumptamen in dilu
uio aquarum multarum
ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meū
a tribulatione que circum
dedit me exultatio mea e
rue me a circūdantibus me.
Intellectum tibi dabo et
instruam te in via hac
qua gradiens firmabo su
per te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus
et mulus quibus non est
intellectus.
In chamo et freno ma
xillas eorum constringe
qui non approximant ad te.

Multa

Multa flagella peccato
ris sperantem autem in do
mino misericordia circumdabit.
Letamini in domino
et exultate iusti et gloria
mini omnes recti corde.
Gloria patri.
Domine ne in fu
rore tuo arguas
me neque in ira tua corri
pias me.
Quoniam sagitte tue infixe
sunt michi et confirmas
ti super me manum

tuam.

Non est sanitas in car-
ne mea a facie ire tue: non
est pax ossibus meis a fa-
cie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates mee su-
pergresse sunt caput meum:
et sicut onus grave grava-
te sunt super me.

Putruerunt et corrupte
sunt cicatrices mee a facie in-
sipientie mee.

Miser factus sum et cur-
vatus sum usque in finem:

tota die contristatus ingre
diebar.
Quoniam lumbi mei
impleti sunt illusionibus
et non est sanitas in carne
mea.
Afflictus sum et humi
liatus sum nimis rugiebā
a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne
desiderium meum et gemi
tus meus a te nō ē absconditꝰ
Cor meum conturbatū
est in me dereliquid me ū



tus mea et lumen oculorum
meorum et ipsum non est
mecum.

Amici mei et proximi
mei adversum me appro
pinquaverunt et steterunt.

Et qui iuxta me erant
de longe steterunt et vim
faciebant qui querebant
animam meam.

Et qui inquirebant
mala michi locuti sunt
vanitates et dolos tota die
meditabantur.

Ego autem tanquam
surdus non audiebam et
sicut mutus non aperiens
os suum.

Et factus sum sicut ho
mo non audiens et non
habens in hore suo redar
guciones.

Quoniam in te domine
speraui tu exaudies me do
mine deus meus.

Quia dixi nequando
super gaudeant michi ini
mici mei et dum commouē

tur pedes mei super me mag
na locuti sunt.
Quoniam ego in fla
gella paratus sum et dolor
meus in conspectu meo semp.
Quoniam iniquitatem me
am annunciabo et cogitabo
pro peccato meo.
Inimici autem mei vi
vunt et confirmati sunt
super me et multiplicati
sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala
pro bonis detrahebant m

quia sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me do
mine deus meus ne disces
seris a me.
Intende in adiutorium
meum domine deus salu
tis mee. psalmus dauid · l.
Miserere mei deus
secundum mag
nam misericordiam tuam.
Et secundum multi
tudinem miserationum
tuarum dele iniquitatem meam.
Amplius laua me do

ua me ab iniquitate mea
et a peccato meo munda me
Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et pec
catum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui et ma
lum coram te feci ut iustifi
ceris in sermonibus tuis
et uincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquita
tibus conceptus sum et in
peccatis concepit me ma
ter mea
Ecce enim ueritatem

dilexisti incerta et occulta
sapientie tue manifestasti mihi.
Asperges me domine y
sopo et mundabor lauabis
me et super niuem dealbabor
Auditui meo dabis gau
dium et leticiam et exulta
bunt ossa humiliata
Auerte faciem tuam a
peccatis meis et omnes iniqui
tates meas dele.
Cor mundum crea in
me deus et spiritum rectum in
noua in uisceribus meis.

Ne proiicias me a facie
tua et spiritum sanctum tuum
ne auferas a me.
Redde michi leticiam
salutaris tui et spiritu principa
li confirma me.
Docebo iniquos vias tu
as et impii ad te convertentur.
Libera me de sanguini
bus deus deus salutis mee
et exultabit lingua mea
iusticiam tuam.
Domine labia mea a
peries et os meum annun

nabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses
sacrificium dedissem utique
holocaustis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus con
tribulatus cor contritum
et humiliatum deus non
despicies.
Benigne fac domine in
bona voluntate tua syon
ut edificentur muri ierusalem.
Tunc acceptabis sacrifi
cium iusticie oblationes:
et holocausta tunc imponent

super altare tuum vitulos.
Domine psalmus
exaudi oratio
nem meam: et clamor
meus ad te veniat.
Non avertas faciem tu
am a me in quacumque die
tribulor inclina ad me au
rem tuam
In quacumque die invo
cavero te velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fu
mus dies mei et ossa mea
sicut cremium aruerunt.

Percussus sum ut fenū
et aruit cor meum quia ob
litus sum comedere panē
meum.
A voce gemitus mei ad
hesit os meum carni mee.
Similis factus sum pe
licano solitudinis factus
sū sicut nicticorax i domicilio.
Vigilavi et factus sum si
cut passer solitarius i tecto.
Tota die exprobrabant mi
inimici mei et qui lauda
bant adūsū me iurabant.

Quia cinerem tanquam
panem manducabam et
potum meum cum fletu
miscebam.
A facie ire indignationis
tue quia elevans allisisti
Dies mei sicut um me
bra declinaverunt et ego
sicut fenum arui.
Tu autem domine in e-
ternum permanes et me-
moriale tuum in genera-
tione et generationem.
Tu exurgens domine

misereberis syon quia tem
pus miserendi eius quia
venit tempus.
Quoniam placuerunt
servis tuis lapides eius et
terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes no
men tuum domine et omnes
reges terre gloriam tuam.
Quia hedificavit dominus
syon et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem
humilium et non sprevit
preces eorum.

Scribantur hec in gene
ratione altera et populus
qui creabitur laudabit dnm̄.
Quia prospexit de excelso sc̄o
suo dominus de celo in terrã
aspexit.
Ut audiret gemitus com
peditorum ut solveret filios
interemptorum.
Ut annuncient in Syon
nomen domini et laudem e
ius in iherusalem.
In conveniendo populos
in unum et reges ut servi

aut

aut dominum.
Respondit ei in via vir
tutis sue paucitatem dier
meorum nuncia michi.
Ne revoces me in dimi
dio dierum meorum in ge
neratione et generatione
anni tui.
Initio tu domine terram
fundasti et opera manuum
tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem
permanes et omnes sicut
vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mu-
tabis eos et mutabuntur
tu autem idem ipse es et anni
tui non deficient.
Filii servorum tuorum habi-
tabunt et semen eorum in
seculum dirigetur.
De profundis cla-
mavi ad te domi-
ne domine exaudi vocem
meam.
Fiant aures tue inten-
dentes in vocem deprecatio-
nis mee.

Si iniquitates obserua
ueris domine domine quis
sustinebit.
Quia apud te propiciatio
est et propter legem tuam
sustinui te domine.
Sustinuit aīa mea in
uerbo eius sperauit anima
mea in domino.
A custodia matutina
usque ad noctem speret israel
in domino.
Quia apud dominum mi
sericordia et copiosa apud eum

redemptio

Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Domine psalmus.

Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua exaudi me in tua iusticia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo domine quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est ini

inimicus animam meam et
humiliavit in terra vitam
Collocavit me meā,
in obscuris sicut mortuos
seculi et anxiatus est super
me spiritus meus in me turbatum
est cor meum.
Memor fui dierum anti
quorum meditatus sum in
omnibus operibus tuis et
in factis manuum tuarum
meditabar.
Expandi manus meas
ad te anima mea sicut terra



sine aqua tibi.
Velociter exaudi me do
mine defecit spiritus meus.
Non avertas faciem tu
am a me et similis ero desce
dentibus in lacum.
Auditam fac michi ma
ne misericordiam tuam quia in te speravi.
Notam fac michi viam
in qua ambulem quia ad
te levavi animam meam.
Eripe me de inimicis me
is domine ad te confugi do
ce me facere voluntatem

tuam quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus de-
ducet me in terram rectam
propter nomen tuum do-
mine vivificabis me in
equitate tua.
Educes de tribulatione
animam meam et in mi-
sericordia tua disperdes
omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tri-
bulant animam meam
quoniam ego servus tuus
sum. Letamini ant. sup.

Kyrie leyson.
Xpe leyson.
Xpe audi nos.
Xpe exaudi nos.
Xpe deffende nos.
Xpe parce pctis nostris.
Pater de celis deus. mi.
Fili redemptor mundi deus.
Sancta trinitas unus deus.
Sancta maria. ora.
Sancta dei genitrix. ora.
Sancta virgo virginum.
Sancte michael. ora.
Sancte gabriel. ora.

Sancte raphael ora.
Omnes sancti angeli dei orate
Omnes sancti beatorum spirituum ordines
Sancte iohannes baptista ora.
Omnes sancti patriarche dei orate
Sancta maria ora.
Sancte petre ora.
Sancte paule ora.
Sancte andrea ora.
Sancte iacobe ora.
Sancte philippe ora.
Sancte bartholomee ora.
Sancte mathee ora.
Sancte thadee ora.

Sancte symon. ora.
Sancte mathia ora.
Sancte barnaba ora.
Sancte luca. ora.
Sancte marce. ora.
Omnes sancti apostoli et euuang.
Sancta maria. ora.
Sancte auschemon. ora.
Sancte marcialis ora.
Omnes sancti discipuli dni.
Omnes sancti innocentes ora.
Sancta maria ora.
Sancte stephane ora.
Sancte clemens ora.

Sancte syxte. or
Sancte laurenti or
Sancte vincenti or
Sancte blasi. or
Sancte clete. or
Sancte syxte. or
Sancte thoma or
Sancte preiecte or
Sancte georgi. or
Sancte xp̄ofore. or
Sancte victor or
Sancte quintine. or
Sancte petre. or
Sancte marcelle or

Sancte iuliane. ora.
Sancte ferreole. ora.
Sancte fabiane ora.
Sancte sebastiane ora.
Omnes sancti martyres dei. orate.
Sancta maria. ora.
Sancte silvester. ora.
Sancte gregori. ora.
Sancte leo. ora.
Sancte martine ora.
Sancte nycholae. ora.
Sancte venerande ora.
Sancte anthoni. ora.
Sancte bonite. ora.

Oms scī y sē et pontif dei
Sancta maria orā
Sancta maria magd' orā
Sancta felicitas orā
Sancta perpetua orā
Sancta agatha orā
Sancta lucia orā
Sancta katherina orā
Sancta margareta orā
Sancta barbara orā
Sancta helizabeth orā
Sancta anna orā
Sancta radegundis orā
Omnes sancte virgines dei orate

Omnis sancti et sancte dei.
Propicius esto parce nobis domine.
Ab omni malo libera nos d.
Ab insidiis dyaboli l.
A persecutione inimica.
A penis inferni. l.
A dampnatione perpetua.
A fulgure et tempestate.
A persecutione inimica l.
A morte subitanea et eterna
Per misterium sancte incarnationis.
Per annunciationem tuam.
Per adventum tuum l.
Per nativitatem tuam.

Per annunciationem tuā.
Per apparitionem tuaȝ
Per baptismum tuum.
Per ieiunium tuum. l'
Per mortem tuam. l'
Per passionem et crucē t.
Per sanctū sepulcrū tuū
Per gl'iosam resurrectiōēȝ
Per admirabilē ascētiōēm
Per grāȝ scī spūs paracliti. l'
In hora mortis sc
In die iudicij. l'
Peccatores. t
Ut pacem nobis dones. t

Ut mīa et pietas tua. nos c.
Ut ecclesiam tuam sanctam
regere et deffensare digneris.
Ut oculos mīe tue sup nos
reducere digneris. te
Ut veram pacem nobis
donare digneris. te
Ut omnibus fidelibus
defunctis requiem eternam
donare digneris. te
Ut nos exaudire dig. te
Fili dei. te
Fili dei te
Fili dei. te

agnus

Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis pec
cata mundi exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis pec
cata mundi miserere nob
et dona nobis pacem et ve
niam. ¶ Oremus. Oratio.
Deus cui proprium
est misereri semper
et parcere suscipe deprecatio
nem nostram ut quos delic
torum cathena constringit:
miseratio tue pietatis absolvat.



Incipit o. s. spus.
D Omine labia
mea aperies Et

os meum annunciabit laudem
tuam. Deus in adiutorium meum
intende. Domine ad adiu
uandum me festina. Gloria patri.
an. Veni sancte spiritus. ympnus.
Nobis sancti spiritus
gratia sit data de
qua virgo virginum fuit
obumbrata dum per sanc
tum angelum fuit saluta
ta. Verbum caro factum est
virgo fecundata. an. Veni sancte
spiritus reple tuorum corda fi
delium et tui amoris in eis ig

uenem attende. ℣. Emitte spiri
tum tuum et creabuntur. Et reno
uabis faciem terre. Oratio.
Omnipotens sem
piterne deus da no
bis illam sancti spiritus gratiam
quam tuis discipulis in die
sancto penthecostes transmi
sisti et terram sanctam uidere
dignare xpistiam. P. Ad primam.
Deus in adiutorium. Ant.
Veni sancte spiritus. Hympnus.
Ex uirgine filius
dei fuit natus Eu

rifixus mortuus ad que tu
mulatus. Resurgens disci
pulis fuit demonstratus. Et
ipsis cernentibus celis ele
uatus. Oratio ut sup. ad terci.

Deus in adiutorium. Au
Veni sancte spiritus. ympnus.

Dum sanctum spi
ritum eis delega
uit in die penthecostes ipsos
confirmauit ad que ligius
igneis ipsos inflammauit uer
linquendos orphanos ipsos
confirmauit. ad sextam.

137

Deus in adiutorium me-
um intende. A. Veni sce spus.
Septi forme hympnus.
gracia tunc accepta
fuerunt quare ydiomata :
cuncta cognoverunt ad diu-
sa climata mundi recesserunt
et fidem catholicam tunc p-
dicaverunt. Oratio ut sup.
Deus in adiuto ad nonam.
rium. A. Veni sancte spus. H
Spiritus paraclitus
fuit apellatus Do-
num dei gracia fons vivus

catus spiritalis unctio ignis
inflammatus septiformis
gracie munera beata. ¶ Oros.

Deus in adiutorium. ad iu-
uandum. ant. Ueni sancte spiritus. Ymnus.

Dextre dei digitus
Nuntius spiritalis
nos defendat perpetuo ab omni-
bus malis ut non noceat de-
mon infernalis foveat que
prothegat nutriat sub alis.
Oratio ut supra. ad completorium

Conuerte nos. Deus in ad-
iutorium. ant. Ueni sancte spiritus. Ps.

Spiritus paraclitꝰ
nos velit iuvare
gressus nostros regere et il
luminare et cum dies venerit
ut mundum iudicare nos
velit ad dexteram suam
appellare. Añ. Veni scē. Oro s.
Has horas canoni
cas cum devotiōe
tibi sancte spiritꝰ pia intētiōe
Dixi ut nos visites in aspi
ratione et vivamus iugi
ter celi ratione. Amen. Of
ficium cruafia ad matutinas.



Domine labia
mea aperies ⁊
os meum ad

annunciabit laudem tuam. De
us in adiutorium meum in
tende. Domine ad adiuuan
dum me festina. Gloria patri.
an. Adoramus te xpe. ympnus.
Patris sapiencia
ueritas diuina
deus homo captus est hora
matutina a notis discipu
lis cito derelictus a iudeis
traditus uenditus afflictus.
an. Adoramus te xpe et benedici
mus tibi quia per sanctam cruce
tuam mundum redemisti. ora.

Domine ihu xpe
fili dei vivi pone
passionem crucem et mortē
tuam inter iudicium tuum
et animam meam nunc et in
perpetuum. Et in hora mor
tis exitus mei largire digne
ris vivis misericordiam et defunctis
graciam requiem et veniā
ecclesie tue pacem et concordiā
et nobis peccatoribus vitam
et leticiam sempiternam.

Deus in adiutoriū ad p̄mā
meum intende. Domine. ps.

Hora prima ductus
est ihesus ad pilatum
falsis testimoniis multum
accusatum in collo percuciunt
manibus ligatum vultum dei
conspuunt lumine celi gratum.
Deus in adiutorium. ad tertiam
Crucifige clamitant
hora tercia il-
lusus induitur veste pur-
puratum caput eius pungi-
tur corona spinarum crucem
portat humeris ad locum penarum.
Deus in adiutorium ad vj.

Hora sexta ihs ymn
est cruci conclaua
tus et est cum latronibus
pendens deputatus pre tor
mentis sitiens felle satura
tus agnus crimen diluit sic
ludificatus. ad nonam hyp
Deus in adiutoriũ. meũ.
Hora nona dominus
ihesus expirauit he
ly clamans animam patri commẽ
dauit latus eius lancea mi
les perforauit Terra tunc
contremuit et sol obscurauit.

Deus in ad ad vs.
iutorium meum
intende. añ Adoramus. hymus.

De cruce deponitur ho
ra vespertina fortitudo la
tuit in mente divina tale
mortem subiit vite medi
cina heu corona glorie iacu
it supina. añ Et oro ut sup.

Converte ad complet.
nos. Deus in ad
iutorium. a Adoramus. hyn.

Hora completorii da
tur sepulture corpus xpi no

bile spes fonte future. Con
ditur aromate complentur
scripture. Jugis sit memo
ria mors hec michi care.
Has horas canoni
cas cum devotione
tibi xpe recolo pia ratione.
ut qui pro me passus es a
moris ardore Sis michi so
lacium in mortis agone.
An. Adoramus te xpe et bene
dicimus tibi quia per sanctam cru
cem tuam mundum redemis
ti. Oratio ut supra. Oratio s.



REgem cui oīa
viuunt veni
te adoremus





ãnp. Dexite ad meum. ãn. Dirige.
Verba mea auribus
percipe domine in
tellige clamorem meum.
Intende voci orationis
mee rex meus et deus meus.
Quoniam ad te orabo
domine mane exaudies
vocem meam.
Mane astabo tibi et vide
bo quoniam non deus vo
lens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iux
ta te malignus neque p

manebunt iniusti ante
oculos tuos.
Odisti omnes qui ope
rantur iniquitatem perdes
omnes qui loquuntur men
dacium.
Virum sanguinum
et dolosum abhominabi
tur dominus ego autem
in multitudine misericordie tue.
Introibo in domum tu
am adorabo ad templum
sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in



sticia tua propter inimicos me
os dirige in conspectu tuo vi
am meam.
Quoniam non est in
ore eorum veritas cor eo
rum vanum est.
Sepulcrum patens est
guttur eorum linguis suis
dolose agebant iudica illos deus.
Decidant a cogitationi
bus suis secundum multi
tudinem impietatum
eorum expelle eos quoniam
irritaverunt te domine.

Et letentur omnes qui
sperant in te in eternum e
xultabunt et habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum
quoniam tu benedices iusto.
Domine ut scuto bone
voluntatis tue coronasti
nos. Ant. Dirige domine in con
spectu tuo viam meam. Ant. Con.
Domine ne in fu
rore tuo arguas
me neque in ira tua corripi
as me.

Miserere mei domine
quoniam infirmus sum
sana me domine quoniã
conturbata sunt omnia
ossa mea
Et anima mea turbata est
valde et tu dñe usquequo.
Convertere domine et
eripe animam meam saluũ
me fac ꝑpter misericordiam tuam.
Quoniam non est in
morte qui memor sit tui
in inferno autem quis
confitebitur tibi

Laboraui in gemitu
meo lauabo p singulas
noctes lectum meum lacri
mis meis stratum meum
rigabo.
Turbatus est a furore
oculus meus inueteraui
inter omnes inimicos meos
Discedite a me omnes
qui operamini iniquita
tem quoniam exaudiuit
dominus uocem fletus mei.
Exaudiuit dominus
deprecationem meam do

orationem meā suscepit.
Erubescant et contur
bentur uehementer omnes
inimici mei conuertantur
et erubescant ualde uelociter.
Requiem. an. Conuertere
domine et eripe animam meam
quoniam non est in morte qui
memor sit tui. an. Requiē. psal.
Domine deus meus in
te speraui saluum
me fac ex omnibus
persequentibus me et libera me.
Nequando rapiat ut leo

animam meam dum non
est qui redimat neque qui
saluum faciat
Domine deus meus si
feci istud si est iniquitas in
manibus meis
Si reddidi retribuenti
bus michi mala decidam
merito ab inimicis meis
inanis.
Persequatur inimicus
animam meam comprehen
dat et conculcet in terram
uitam meam et gloriam

meam in pulverem deducat.
Exurge domine in ira
tua et exaltare in finibus
inimicorum meorum.
Exurge domine deus
meus in precepto quod
mandasti et sinagoga po
pulorum circumdabit te.
Et propter hanc in altum
regredere dominus iudicat populos.
Judica me secundum iusti
ciam meam et secundum inno
cenciam meam super me.
Consumetur nequicia

peccatorum et diriges ius
tum scrutans corda et renes deus.
Iustum adiutorium
meum a domino qui salvos
facit rectos corde.
Deus iudex iustus for
tis et paciens numquid
irascitur per singulos dies.
Nisi conversi fueritis
gladium suum vibravit
arcum suum tetendit et
paravit illum.
Et in eo paravit vasa
mortis sagittas suas arde

tibus effecit.
Ecce parturiit iniusticiã
concepit dolorem peperit i
niquitatem.
Lacum aperuit et effodit
eum et incidit in foveam
quam fecit.
Convertetur dolor eius
in caput eius et in verticẽ
ipsius iniquitas eius descẽdet.
Confitebor domino secundũ
iusticiam eius et psallam
nomini domini altissimi.
Requiem. A. Nequando

rapiat ut leo animam meam
dum non est qui redimat neque
qui salvum faciat. ℣. A porta
inferi. ℟. Erue domine. Lectio prima.

Parce michi domine nichil
enim sunt dies
mei. Quid est homo quia
magnificas eum aut quid
apponis erga eum cor tuum.
Visitas eum diluculo et
subito probas illum. Usque
quo non parcis michi nec di
mittis me ut glutiam sali
vam meam. Peccavi quid

faciam tibi. O custos homi
num quare me posuisti con
trarium: et factus sum mi
hi met: ipsi gravis. Cur non
tollis peccatum meum et
quare non aufers iniqui
tatem meam. Ecce nunc
in pulvere dormio et si
mane me quesieris non
subsistam. R. Qui lazarum
resuscitasti a monumento
fetidum Tu eis domine dona
requiem et locum indulgen
tie. V. Requiem eternam do

na eis domine et lux perpetua
luceat eis. Requiem. Lectio tercia.
Tedet animam meam
vite mee
dimittam adversum me
eloquium meum loquar in
amaritudine anime mee. Di
cam deo noli me condempna
re. Indica michi cur me ita
iudices. Numquid bonum
tibi videtur si calumpnieris
et opprimas me opus ma
nuum tuarum et consilium
impiorum adiuves. Numquid



oculi carnei tibi sunt. aut
sicut videt homo et tu videbis.
Numquid sicut dies hominis
dies tui aut anni tui sicut
humana sunt tempora ut
queras iniquitatem meam
et peccatum meum scruta
teris. Et scias quia nichil
impium fecerim cum sit
nemo. Qui de manu tua
possit eruere. R. Requiem
eternam dona eis domine. Et
lux perpetua luceat eis. V. Anime
eorum in bonis demorentur

Et

Et lux perpetua. lectio tercia.
Manus tue fecerunt
me et plasmaverunt
me. Totum in circui
tu et sic repente precipitas me.
Memento quaeso quod sicut
lutum feceris me et in pul
verem reduces me. Nonne
sicut lac mulsisti me et sic
caseum me coagulasti. pel
le et carnibus vestisti me:
Ossibus et nervis compegis
ti me: Vitam et misericordiam
tribuisti michi. Et visitatio

tua custodivit spiritum me-
um. R. Credo quod redemptor
meus vivit et in novissimo
die de terra surrecturus sum et
in carne mea videbo deum sal-
vatorem meum. V. Reposita
est hec spes mea in sinu meo q
rursus circumdabor pelle mea.
Et in carne. Requiem. Et. Ps.
Dominus regit
me: et nichil mi-
chi deerit in loco pascue ibi
me collocavit.
Super aquam refectionis

educauit aīaȝ meā cōuertit.
Deduxit me super semi
tas iusticie ꝓpter nomē suū.
Nam et si ambulauero ī
medio umbre mortis non
timebo mala quoniam tu
mecum es.
Virga tua et baculus tu
us ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo
mensam aduersus eos q̄
tribulant me.
Impinguasti in oleo ca
put meum et calix meus

inebrians quam preclarus est.
Et misericordia tua subsequa
tur me omnibus diebus
vite mee.
Et ut inhabitem in domo
domini in longitudinem
dierum.
Requiem. ant. In loco pas
cue ibi me collocavit. ant. Delic.
Ad te domine psalmus
Ad te levavi animam
meam deus meus in te con
fido non erubescam.
Neque irrideant me

nimici mei: et universi qui
sustinent te nō cōfundentur.
Confundantur omnes
iniqua agentes supervacue.
Vias tuas domine demō
stra michi et semitas tuas
edoce me.
Dirige me in veritate
tua et doce me quia tu es de
us salvator meus et te sus
tinui tota die.
Reminiscere miseratiō
num tuarum domine et
misericordiarum tuarum que

a seculo sunt.
Delicta iuventutis mee
et ignorancias meas ne
memineris.
Secundum misericordiam tu
am memento mei tu propter
bonitatem tuam domine.
Dulcis et rectus dominus
propter hoc legem dabit de
linquentibus in via.
Diriget mansuetos in
iudicio docebit mites vias
Universe vie do suas.
mini misericordia et veritas requi

rentibus testamentum e
ius et testimonia eius.
Propter nomen tuum
domine propiciaberis pec
cato meo multum est enim.
Quis est homo qui timet
dominum legem statuit ei
in via quam elegit.
Anima eius in bonis de
morabitur et semen eius
hereditabit terram.
Firmamentum est dominus
timentibus eum et testa
mentum ipsius ut mani

festetur illis.
Oculi mei semper ad domi
num quoniam ipse euellet
de laqueo pedes meos.
Respice in me et misere
re mei quia unicus et pau
per sum ego.
Tribulationes cordis mei
multiplicate sunt de necessi
tatibus meis eripe me.
Vide humilitatem meam
et laborem meum et dimit
te universa delicta mea.
Respice inimicos meos

quoniam multiplicati sunt
et odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam et
erue me non erubescam :
quoniam speravi in te.
Innocentes et recti adhe
serunt michi quia sustinui
Libera deus israel ex te.
omnibus tribulationibus
suis. Ant. Delicta iuventutis mee
et ignorancias meas ne memi
neris domine. Ant. Credo. psalmus
Dominus illumi
natio mea : et salus

mea quem timebo.
Dominus protector vite
mee a quo trepidabo.
Dum appropiant super
me nocentes carnes meas.
Qui tribulant me inimi
ci mei ipsi infirmati sunt
et ceciderunt.
Si consistant adversum
me castra nō timebit cor meū.
Si exurgat adversum me
prelium in hoc ego sperabo.
Unam petii a domino hanc
requiram ut inhabitem in

domo domini omnibus die
bus vite mee.
Ut videam voluptatem
domini et visitē tēplum eius.
Quoniam abscondit me
in tabernaculo suo in die ma
lorum protexit me in absco
dito tabernaculi sui.
In petra exaltavit me et
nunc exaltavit caput meū
super inimicos meos.
Circuivi et immolavi in
tabernaculo eius hostiam
vociferationis cantabo et psal

mum dicam domino.
Exaudi domine vocem
meam qua clamavi ad te
miserere mei et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exquisivit
sivit te facies mea faciem tu
am domine requiram.
Ne avertas faciem tu
am a me ne declines in ira
a servo tuo.
Adiutor meus esto domi
ne ne derelinquas me neque des
picias me deus salutaris meus.
Quoniam pater meus et

mater mea dereliquerunt
me dn̄s autē assumpsit me.
Legem pone michi dn̄e
in via tua et dirige me in se
mita recta propt̄ inimicos meos.
Ne tradideris me in aīas
tribulantium me quoniā
surrexerunt in me testes ini
qui et mentita est iniq̄tas sibi.
Credo videre bona domi
ni in terra viventium
Expecta dominum viri
liter age et confortetur cor
tuum et sustine dominum.

Requiem eternam. an.
Credo videre bona domini in t[er]
ra viventium. V. In memo
ria eterna erunt iusti. Ab au
ditione mala non timebit. Pr.
Responde lectio iiii.
michi quantas
habeo et peccata scelera mea.
et delicta ostende michi. Cur
faciem tuam abscondis et
arbitraris me inimicum tu
um contra folium quod ven
to rapitur. Ostendis poten
tiam tuam et stipulam sic

cam persequens. Scribis
enim contra me amaritu
dines et consumere me vis
peccatis adolescentie mee.
Posuisti in nervo pedes me
os. Et observasti omnes se
mitas meas et vestigia pe
dum meorum considerasti
Qui quasi putredo consu
mendus sum. Et quasi ve
stimentum quod comeditur
a tinea. R. Absolve domine
animas eorum ab omni vinculo
delictorum non eas tormentum

mortis attingat non reorum
cathena constringat sed mi
seratio tua In pias actuas
regione constituas. ℣ Sic
illis sint domine gratia mi
tissime lenitatis indulge. In.

Homo natus R. ℣.
de muliere brevi
vivens tempore repletus
multis miseriis Qui quasi
flos egreditur et conteritur
et fugit velud umbra Et
nunquam in eodem statu
permanet Et dignum ducas

super huiuscemodi aperi
re oculos tuos et adducere eum
tecum in iudicium. Quis
potest facere mundum de i
mundo conceptum semine
Non ne tu qui solus es bre
ues dies hominis sunt :
numerus mensium eius
apud te est. Constituisti ter
minos eius qui preteriri
non poterunt. Recede ergo
paululum ab eo ut quiescat
donec optata ueniat et sicut
mercenarii dies eius. ℟. Co



nunc dum veneris iudicare ter-
ram ubi me abscondam a vul-
tu ire tue. Quia peccavi nimis
in vita mea. ℣ Delicta mea pa-
vesco et ante te erubesco. Quia.
Quis michi. Lc. vi.
hoc tribuat ut in
inferno protegas me et ab-
scondas me donec pertranseat
furor tuus Et constituas mi
tempus in quo recorderis
mei. Putas ne mortuus ho-
mo rursum vivat. Cunctis
diebus quibus nunc milito

expecto donec veniat immu
tatio mea. Vocabis me et
ego respondebo tibi. Operi ma
nuum tuarum porrige dex
teram tu quidem gressus
meos dinumerasti. Sed pce
pccatis meis. R. Ne perdas me
domine cum iniquitatibus me
is neque in finem iratus reser
ves mala mea. V. Non intres
in iudicium cum servo domine
Neque. Requiem. Nep. Aña. Alia.
Iudica domine. ps.
Iudica nocentes me ex

pugna impugnantes me.
Apprehende arma et scu
tum et exurge in adiutorium michi.
Effunde frameam et con
clude adversus eos qui perse
quuntur me dic anime mee
salus tua ego sum
Confundantur et reve
reantur querentes animam meam
Avertantur retrorsum
et confundantur cogitantes
michi mala
Fiant tamquam pulvis
ante faciem venti et angelus

domini coartans eos.
Fiat via illorum tene
bre et lubricum et angelus
domini persequens eos.
Quoniam gratis abscon-de
runt michi interitum laquei
sui supervacue exprobrave
runt animam meam.
Veniat illi laqueus quē
ignorat et captio quam ab
scondit apprehendat eum et in
laqueum cadat in ipsum.
Anima autem mea exul
tabit in domino et delectabi

tur in salutari suo.
Omnia ossa mea dicent
domine quis similis tibi.
Eripiens inopem de ma
nu fortiorum eius egenum
et pauperem a diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui
que ignorabant interroga
bant me.
Retribuebant michi ma
la pro bonis sterilitatem
anime mee.
Ego autem cum michi
molesti essent induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio
animam meam et oratio mea
in sinu meo convertetur.
Quasi proximum qua
si fratrem nostrum sic com
placebam quasi lugens et
contristatus sic humiliabar.
Et adversum me letati
sunt et convenerunt et con
gregati sunt super me fla
gella et ignoravi.
Dissipati sunt nec compunc
ti temptaverunt me sub
sannaverunt me subsanna

tione frenduerunt super
me dentibus suis.
Domine quando respi
cies restitue animam me
am a malignitate eorum
a leonibus unicam meam.
Confitebor tibi in ecclesia
magna in populo gravi
laudabo te.
Non supergaudeant michi
adversantur michi inique
qui oderunt me gratis et
annuunt oculis.
Quoniam michi quidem

pacifice loquebantur et in
iracundia terre loquentes
dolos cogitabant.
Et dilataverunt sup
me os suum dixerunt euge
euge viderunt oculi nostri.
Vidisti domine ne sileas
domine ne discedas a me.
Exurge domine et intẽ
de iudicium deus et dominus
meus in causam meam.
Iudica me secundum
iusticiam tuam domine de
us meus et nõ supgaudeãt m.

Non dicant in cordibus
suis euge anime nostre nec
dicant devorabimus eum.
Erubescant et revereantur
simul qui gratulantur
malis meis.
Induantur confusione
et reverencia qui maligna
loquuntur super me.
Exultent et letentur qui
volunt iusticiam meam et
dicant semper magnifice
tur dominus qui volunt
pacem servi eius.

Et lingua mea meditabi-
tur iusticiam tuam tota
die laudem tuam.
Requiem. ant. Anima mea
exultabit in domino et delectabi-
tur super salutari suo. ant. Complac
Expectans psalmus
expectavi dominum
et intendit michi.
Et exaudivit preces me-
as et eduxit me de lacu mise-
rie et de luto fecis.
Et statuit supra petram
pedes meos et direxit gressus

meos.
Et immisit in os meum
canticum novum carmen
deo nostro.
Videbunt multi et time
bunt et sperabunt in dn̄o.
Beatus vir cuius est no
men domini spes eius et nō
respexit in vanitates et insa
nias falsas.
Multa fecisti tu domine
deus meus mirabilia tua
et cogitationibus tuis non
est qui similis sit tibi

Annunciaui et locutus
sum multiplicati sunt su
per numerum
Sacrificium et oblatiõem
noluisti aures autem per
fecisti michi.
Holocaustum et pro pec
cato non postulasti tunc di
xi ecce venio
In capite libri scriptum
est de me ut facerem volū
tatem tuam deus meus vo
lui et legem tuam in me
dio cordis mei

Annunciavi iusticiam
tuam in ecclesia magna ec
ce labia mea non prohibe
bo domine tu scisti.
Iusticiam tuam non
abscondi in corde meo ve
ritatem tuam et saluta
re tuum dixi.
Non abscondi misericordiam
tuam et veritatem tuam
a concilio multo.
Tu autem domine ne elonge
facias miserationes tuas
a me misericordia tua et veritas

quia semper susceperunt me.
Quoniam circumdederunt
me mala quorum non est
numerus comprehenderunt
me iniquitates mee et non
potui ut viderem.
Multiplicati sunt super
capillos capitis mei et cor me-
um dereliquit me.
Complaceat tibi domine
ut eruas me domine ad ad-
iuvandum me respice.
Confundantur et revere-
antur simul qui querunt

animam meam ut auferant
Auertantur retror eam.
sum et reuereantur qui uo-
lunt michi mala.
Auertantur confestim confu-
sionem suam qui dicunt
michi euge euge.
Exultent et letentur sup
te omnes querentes te et di-
cant semper magnificetur
dominus qui diligunt sa-
lutare tuum.
Ego autem mendicus
sum et pauper dominus so-

licitus

natus es mei.

Adiutor meus et protec
tor meus tu es deus meus ne
tardaveris.

Requiem eternam. a[n] Com
placeat tibi domine ut eruas me
domine ad adiuvandum me
respice. an[tiphona] Sitivit. psalmus.

Quem ad modum
desiderat cervus
ad fontes aquarum ita desi
derat anima mea ad te deus.

Sitivit anima mea ad
deum fontem vivum quando

ueniam et apparebo ante fa
ciem dei.
Fuerunt michi lacrime
mee panes die ac nocte dum
dicitur michi cotidie ubi
est deus tuus.
Hec recordatus sum et ef
fudi animam meam quoniam
transibo in locum tabernacu
li admirabilis usque ad do
mum dei.
In voce exultationis et
confessionis sonus epulantis.
Quare tristis es anima.

mea et quare conturbas me.
Spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi saluta
re vultus mei et deus meus.
Ad me ipsum anima mea
conturbata est propter ea
memor ero tui de terra ior
danis et hermoniim a mon
te modico.
Abyssus abyssum invo
cat in voce cataractarum
tuarum.
Omnia excelsa tua et
fluctus tui super me transierunt

In die mandauit domi
nus mīam suam et nocte
canticum eius.
Apud me oratio ūite mēe
dicam deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei et
quare contristatus incedo
dum affligit me inimicꝰ.
Dum confringūtur os
sa mea exprobrauerunt mi
chi qui tribulant me inimici
Dum dicunt mi mea,
chi per singulos dies ubi est
deus tuus quare tristis es

anima mea et quare con
turbas me.
Spera in deo quoniam
adhuc confitebor illi saluta
re vultus mei et deus meus.
Requiem. añ Sitivit aīa
mea ad deum fontem vivum
quando veniam et apparebo ante
faciem dei. ℣ Audivi vocem
de celo dicentem michi. Scribe
beati mortui qui in domino
moriuntur. Pr nr. lc. vij.
Spiritus meus a
tenuabitur dies

mei breviabuntur et solū
michi superest sepulcrum
Non peccavi et in amaritu
dinibus moratur oculus
meus libera me domine et
pone me iuxta te et cuius
vis manus pugnet cōtra
me. Dies mei transierunt
cogitationes mee dissipate
sunt torquentes cor meum
Noctem verterunt in diem
et rursum post tenebras spe
ro lucem. Si sustinuero in
fernus domus mea est et i

tenebris straui lectulum
meum. Putredini dixi pater
meus es mater mea et soror
mea uermibus. Ubi est er
go nunc prestolacio mea et
paciencia mea. Tu es domine deus
meus. ℟. Redemptor meus
uiuit et in nouissimo resurgam
Et renouabuntur de nouo ossa
mea et in carne mea uidebo deum
meum. ℣. Lauda anima mea
dominum laudabo dominum in ui
ta mea psallam deo meo quam
diu ero. Et renoua. lc/ octaua.

Pelli mee consumptis
carnibus adhesit os
meum et derelicta sunt tan
tummodo labia mea circa de
tes meos miseremini mei.
miseremini mei saltim vos
amici mei quia manus do
mini tetigit me. Quare per
sequimini me sicut deus et
carnibus meis saturamini.
Quis michi hoc tribuat ut
scribantur sermones mei.
Quid michi det ut exarentur
in libro stillo ferreo et plum

bi lamina vel celte sculpan
tur in silice. Scio enim quod
redemptor meus vivit et in
novissimo die de terra surrec
turus sum. Et rursum circum
dabor pelle mea et in carne
mea videbo deum salvatorem
meum. Quem visurus sum
ego ipse et oculi mei conspectu
ri sunt et non alius reposita
est hec spes mea in sinu meo.
R. Heu michi domine quia pec
cavi nimis in vita mea quid fa
ciam miser ubi fugiam nisi ad te



deus meus miserere mei dum
veneris in novissimo die. V.
Convertere domine et eripe
animam meam salvum me
fac propter misericordiam tuam. Quia in.
Quare de lectio nona.
vulva eduxisti
me qui utinam consump
tus essem ne oculus me
videret fuissem quasi qui
non essem de utero trans
latus ad tumulum. Num
quid vero paucitas dierum
meorum finietur brevi

mitte ergo me Sine ut
plangam paululum dolo
rem meum antequam
vadam et non revertar ad
terram tenebrosam et op
tam mortis caligine terram
miserie et tenebrarum u
bi umbra mortis Et nul
lus ordo sed sempiternus
horror inhabitans. R. Li
bera me domine de morte eter
na in die illa tremenda quan
do celi movendi sunt et terra
Dum veneris iudicare seculum



propinquum. ℣ Tremens factus sum ego et timeo dum discussio venerit atque ventura ira. In die. ℣ Dies illa dies ire calamitatis et miserie dies magna et amara valde. Quando celi. ℣ Plangent se super se omnes tribus terre vix iustus salvabitur et ego ubi apparebo. Dum ve. ℣ Quid ergo miserrimus quid dicam vel quid faciam dum nil boni perferam ante tantum iudicem. Iudicare. ℣ Nunc

xpe te deprecor miserere per te qui
venisti mundum redimere a p
perditum venisti salvare. Seculum.
℣. Parce fili dei patris quia credo
te venturum esse vivos et mor
tuos et seculum iudicare. Per
℣. Creator omnium rerum
deus qui de limo terre me for
masti et mirabiliter tuo pro
prio sanguine redemisti. Cor
pus quoque meum licet modo pu
trescat de sepulcro facias in die
iudicii resuscitari. Exaudi exau
di exaudi me ut animam meam



in sinum abrahe patriarche tui
iubeas collocari. R. Libera me.
Requiem. ad laudes an. Exul
tabunt in do. ps. Miserere. §
a. Exultabunt in domino os
sa humiliata. an. Exaudi. ps.
Te decet hymnus deus
in syon et tibi redde
tur votum in ierusalem.
Exaudi deus orationem
meam ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum preva
luerunt super nos et impietati
bus nostris tu propiciaberis.

Beatus quem elegisti et
assumpsisti habitabit in
atriis tuis.
Replebimur in bonis
domus tue sanctum et terri
bile est templum tuum et
mirabile in equitate.
Exaudi nos deus saluta
ris noster spes omnium fi
nium terre et in mari longe.
Preparans montes in
virtute tua accinctus potenti
a qui conturbas profun
dum maris sonum fluc

tuum eius.
Turbabuntur gentes
et timebunt qui habitant
terminos a signis tuis exi
tus matutini et vespere delec
Visitasti terram tabis
et inebriasti eam multipli
casti locupletare eam.
Flumen dei repletum est
aquis parasti cibum illorum
quoniam ita est preparatio eius.
Rivos eius inebrians
multiplica genimina eius
in stillicidiis eius letabitur

germinans.
Benedices corone anni be
nignitatis tue: et campi tui
replebuntur ubertate.
Pinguescent speciosa deser
ti et exultatione colles accin
gentur.
Induti sunt arietes ovium
et valles habundabunt fru
mento clamabunt etenim
hympnum dicent.
Requiem. Añ. Exaudi deus
orationem meam ad te omnis
caro veniet. Añ. Me suscepit. ps

tuum eius.
Turbabuntur gentes
et timebunt qui habitant
terminos a signis tuis exi
tus matutini et vespere delec
Visitasti terram tabis.
et inebriasti eam multipli
casti locupletare eam.
Flumen dei repletum est
aquis parasti cibum illorum
quoniam ita est preparatio eius.
Rivos eius inebrians
multiplica genimina eius
in stillicidiis eius letabitur

Precisa est velud a texen-
te vita mea dum adhuc or-
direr succidit me: de mane
usque ad vesperam finies me.
Sperabam usque ad mane
quasi leo sic contriuit omnia
ossa mea.
De mane usque ad vesperā
finies me et sicut pullus hi-
rundinis sic clamabo me-
ditabor ut columba.
Attenuati sunt oculi mei
suspicientes in excelso.
Domine vim patior res

ponde pro me quid autem quis
respondebit michi cum ipse
fecerit

Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudi
ne anime mee

O domine si sic vivitur et
in talibus vita spiritus meus
corripiens me et vivificabis
me: ecce in pace amaritudo
mea amarissima

Tu autem eruisti animam
meam ut non periret proiecisti
post tergum tuum omnia

veritatem tuam.

Quia non infernus confi
tebitur tibi neque mors lauda
bit te non expectabunt qui
descendunt in lacum verita
tem tuam.

Vivens vivens ipse confite
bitur tibi sicut et ego pater fi
liis notam faciet veritatem
tuam.

Domine salvum me fac
et psalmos nostros cantabi
mus cunctis diebus vite nostre
in domo domini.

Requiem eternam. a A por
ta inferi erue domine animas
eorum. a Omnis spus. ps Lauda
te dominum. a Omnis spiritus
laudet dominum. a Non intres
in iudicium cum seruo tuo domine.
Quoniam nullus apud te ius
tificabitur homo. a Omne quod. ps
Benedictus. an Omne quod dat
mi pater ad me ueniet et eum qui
uenit ad me non eiciam foras.
Kyriel. xpe leyson. Kyriel. Pr
Deus cui proprium est
misereri semper et parce

tu suscipe deprecationem nostram
ut quos delictorum cathena
constringit miseratio tue pie
tatis absoluat. Per dominum
num nostrum.



Dilexi quoniam
exaudiet domi
nus : vocem ora





tionis mee.
Quia inclinavit aurem
suam michi: et in diebus me
is invocabo.
Circumdederunt me dolores
mortis: et pericula inferni
invenerunt me.
Tribulationem et dolorem
inveni: et nomen domini invocavi.
O domine libera animam
meam misericors dominus et ius
tus et deus noster miseretur.
Custodiens parvulos do
minus humiliatus sum et

liberavit me.
Convertere anima mea
in requiem tuam: quia
dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam me
am de morte: oculos meos a la
crimis pedes meos a lapsu.
Placebo domino in regione
vivorum.
Requiem eternam. a. Pla
cebo domino in regione vivorum.
a. Heu me. ps. Ad dominum. añ.
Heu me quia incolatus meus
prolongatus est. a. Dominus. ps.

Levavi oculos. ps. Dominus
custodit te ab omni malo custodi
at animam tuam dominus. An.
Si iniquitates. ps. De profundis.
An. Si iniquitates observaveris
domine domine quis sustinebit.
Confitebor tibi domi
ne in toto corde meo:
quoniam audisti omnia ver
ba oris mei. In conspectu an
gelorum psallam tibi adora
bo ad templum sanctum tuum: et
confitebor nomini tuo.
Super mia tua et veritate

tua quoniam magnificasti super om
ne nomen sanctum tuum.
In quacumque die invocavero
te exaudi me multiplicabis
in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine
omnes reges terre: quia audie
runt omnia verba oris tui.
Et cantent in viis domini
quoniam magna est gloria
domini.
Quoniam excelsus dominus
et humilia respicit et alta a longe
cognoscit.

Si ambulavero in medio tri
bulationis vivificabis me et
super iram inimicorum meorum
extendisti manum tuam et
salvum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me
domine misericordia tua in seculum
et opera manuum tuarum
ne despicias
Requiem eternam dona eis domine. Ant.
Opera manuum tuarum ne de-
spicias. ℣ In memoria. ℟ Tuam
deus. ps. Magnificat. ℟ Tuam deus
deposcimus pietatem ut eis tribuere

ic digneris placatas et quietas
mansiones. Pater noster. ps.
Lauda anima mea
dominum laudabo
dominum in vita mea: psal
lam deo meo quamdiu ero.
Nolite confidere in prin
cipibus et filiis hominum in
quibus non est salus.
Exibit spiritus eius et reuerte
tur in terram suam in illa die
peribunt omnes cogitationes
eorum.
Beatus cuius deus iacob

adiutor eius spes eius in do
mino deo ipsius qui fecit celũ
et terram: mare et omnia
que in eis sunt

Qui custodit ueritatem in
seculum facit iudicium iniu
riam patientibus dat escam
esurientibus

Dominus soluit compedi
tos: dominus illuminat cecos.

Dominus erigit elisos do
minus diligit iustos

Dominus custodit aduenas
pupillum et uiduam susci



piet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula deus tuus syon in generatione et generationem. Requiem eternam. Oratio

Suscipe domine preces nostras pro animabus famulorum famularumque tuarum ut si que eis macule de terrenis contagiis adheserunt remissionis tue misericordie deleantur. Per dominum nostrum ihesum xpistum filium tuum. Oratio.





Passio dñi nři ihu xpi scđm iohēm

In illo tempore: Egressus est dñs ihūs cum discipu







lis suis. trans torrentem cedron
ubi erat hortus in quem in
troivit ipse et discipuli eius.
Sciebat autem et iudas qui
tradebat eum locum quia
frequenter ihesus convenerat
illuc cum discipulis suis.
Iudas ergo cum accepisset
cohortem et a pontificibus et
phariseis. ministros venit
illuc cum laternis facibus
et armis. Ihesus itaque sciens
omnia que ventura erant
super eum processit et dixit

eis. Quem queritis: Respō
derunt et dixerunt ei. Ihm
nazarenum. Dicit eis ihs.
Ego sum. Stabat autem et
iudas qui tradebat eū cum ipsi
Ut ergo dixit ego sum abie
runt retrorsum et ceciderunt
in terram. Iterum ergo eos in
terrogauit. Quem queritis:
Illi autem dixerunt. Ihm
nazarenum. Respondit ihs.
Dixi uobis quia ego sum:
Si ergo me queritis: sinite
hos abire. Ut impleretur



sermo quem dixit: quia quos
dedisti michi non perdidi ex
ipsis quemquam. Simon
ergo petrus habens gladium
eduxit eum et percussit ponti
ficis servum et abscidit auri
culam eius dextram. Erat
autem nomen servo malchus.
Dixit ergo ihesus petro. Mitte
gladium tuum in vaginam.
Calicem quem dedit michi
pater non vis ut bibam illum.
Cohors ergo et tribunus et mi
nistri iudeorum comprehende

runt ihesum et ligauerunt e
um. et adduxerunt eum ad
annam primum. Erat enim
socer caiphe qui erat pontifex
anni illius. Erat autem cai
phas qui consilium dederat
iudeis. quia expedit unum
hominem mori pro populo.
Sequebatur autem ihesum
symon petrus et alius discipu
lus. Discipulus autem ille e
rat notus pontifici et introi
uit cum ihesu in atrium ponti
ficis. Petrus autem stabat

ad hostium foris. Exiuit ergo
discipulus alius qui erat no
tus pontifici et dixit hostiarie
et introduxit petrum. Dixit
ergo petro ancilla hostiaria
Numquid et tu ex discipulis
es hominis istius. Dixit il
le. Non sum. Stabant autem
serui et ministri ad prunas
quia frigus erat et calefacie
bant se. Pontifex ergo inter
rogauit ihm de discipulis et
de doctrina eius. Respondit
ei ihs. Ego palam locutus

sum mundo. Ego semper do
cui in synagoga et in templo
quo omnes iudei conveniunt
et in occulto locutus sum ni
chil. Quid me interrogas. In
terroga eos qui audierunt quid
locutus sum eis. Ecce hij sciunt
que dixerim ego. Hec autem
cum dixisset unus assistens
ministrorum dedit alapam
ihesu dicens. Sic respondes pon
tifici. Respondit ei ihesus. Si
male locutus sum testimonium
perhibe de malo. si autem bene quid



me cedis. Et misit eum annas
ligatum ad caypham pontificẽ
Erat autem symon petrus
stans et calefaciens se. Dixerũt
ergo ei. Numquid et tu ex disci
pulis eius es? Negavit ille et
dixit. Non sum. Dicit unus
ex servis pontificis cognatus
eius cuius petrus abscidit au
riculam. Nonne ego te vidi
in orto cum illo? Iterum ergo
negavit petrus et statim gal
lus cantavit. Adducunt ergo
ihesum ad caypham in pretoriũ

Erat autem mane et ipsi nõ
introierunt pretorium ut nõ
contaminarentur sed man
ducarent pascha. Exiuit ergo
pilatus ad eos foras et dixit:
Quam accusationem affertis
aduersus hominem hunc:
Responderunt et dixerunt
ei. Si non esset hic male fac
tor non tibi tradidissemus eum:
Dixit ergo eis pilatus. Accipi
te eum uos et secundum legẽ
uestram iudicate eum. Dixe
runt ergo ei iudei. Nobis non

licet interficere quemquam.
Ut sermo ihesu impleretur.
quem dixit significans qua
morte esset moriturus. Introi
vit ergo iterum in pretoriu
pilatus et vocavit ihesum et di
xit ei. Tu es rex iudeorum:
Respondit ihesus. A temet ip
so hoc dicis an alij dixerunt
de me. Respondit ergo pila
tus. Numquid ego iudeus
sum. Gens tua et pontifices
tui tradiderunt te michi. Quid
fecisti: Respondit ihesus. Reg

num meum non est de hoc
mundo. Si ex hoc mundo esset
regnum meum ministri mei
utique decertarent. ut non tra
derer iudeis. Nunc autem reg
num meum non est hinc. Di
xit itaque pilatus. Ergo rex es
tu? Respondit ihesus. Tu dicis
quia rex sum ego. Ego in hoc
natus sum et ad hoc veni in
mundum: ut testimonium
perhibeam veritati. Omnis
enim qui est ex veritate audit
meam vocem. Dixit ei pilatus

Quid est ueritas. Et cum di
xisset iterum exiuit ad iudeos
et dixit eis. Ego nullam in
uenio in eo causam. Est autem
consuetudo uobis ut unum
dimittam uobis in pascha.
Vultis ergo ut dimittam uo
bis regem iudeorum. Clama
uerunt rursum dicentes. Nō
hunc sed barrabam. Erat autem
barrabas latro. Tunc ergo ap
prehendit pilatus ihesum et fla
gellauit eum et milites quide
plectentes coronam de spinis

imposuerunt capiti eius. et
ueste purpurea circumdederunt
eum. et ueniebant ad eum et
dicebant. Aue rex iudeorum
Et dabant ei alapas. Exiuit er
go pilatus foras iterum et di
xit eis. Ecce adduco uobis eum
foras ut cognoscatis quia in eo
nullam causam inuenio. E
xiuit ergo ihesus portans spine
am coronam et purpureum
uestimentum et dixit eis. Ec
ce homo. Cum ergo uidissent
eum pontifices et ministri da

mabant dicentes. Crucifige
crucifige eum. Dixit ei pilatus
Accipite eum vos et crucifigi
te. Ego enim non invenio in
eo causam. Responderunt
ei iudei. Nos legem habemus
et secundum legem debet mori. quia
filium dei se fecit. Cum ergo
audisset pilatus hos sermonem
magis timuit. Et ingressus
est pretorium iterum et dixit
ad ihesum. Unde es tu. Ihesus autem
responsum non dedit ei. Dixit
ergo ei pilatus. Michi non lo

quens. Nescis quia potesta
tem habeo crucifigere te et po
testatem habeo dimittere te.
Respondit ihesus. Non habe
res potestatem adversum me
ullam: nisi tibi datum esset
desuper: propterea qui me tradidit
tibi maius peccatum habet.
Et inde querebat pilatus di
mittere eum. Iudei autem
clamabant dicentes. Si hunc
dimittis non es amicus cesa
ri. Omnis qui se regem facit
contradicit cesari. Pilatus

ergo cum audisset hos sermone
adduxit foras ihesum et sedit pro
tribunali in loco qui dicitur li
thostratos hebraice autem
gabbatha. Erat autem parasce
ue hora quasi sexta. Et dixit
iudeis. Ecce rex vester. Illi autem
clamabant. Tolle tolle crucifi
ge eum. Dicit eis pilatus. Re
gem vestrum crucifigam. Re
sponderunt pontifices. Non ha
bemus regem nisi cesarem. Tunc er
go tradidit eis illum ut crucifi
geretur. Susceperunt autem

ihesum

ihesum et eduxerunt Et baiulans
sibi crucem Exivit in eum
qui dicitur calvarie locus e-
braice golgota: ubi eum cru-
cifixerunt Et cum eo alios
duos hinc et inde medium
autem ihesum. Scripsit autem
et titulum pilatus et posuit
super crucem. Erat autem
scriptum ihesus nazarenus
rex iudeorum Hunc ergo ti-
tulum multi legerunt iudeo-
rum quia prope civitatem
erat locus ubi crucifixus est



ihesus et erat scriptum ebrai
ce greice et latine. Dicebant
ergo pilato pontifices iudeo
rum. Noli scribere rex iudeo
rum sed quia ipse dixit rex sum
iudeorum. Respondit pila
tus Quod scripsi scripsi. Mi
lites ergo cum crucifixissent
eum acceperunt vestimenta
eius et fecerunt quatuor par
tes unicuique militi partem
et tunicam. Erat autem tu
nica inconsutilis desuper con
texta per totum. Dixerunt

ergo ei ad inuicem. Non scin
damus eam sed sortiamur
de illa cuius sit. Ut scriptura
impleretur dicens partiti sunt
vestimenta sibi et super vestem
meam miserunt sortem. Et
milites quidem hec fecerunt
Stabant autem iuxta crucem
ihesu maria mater eius: et
soror matris eius. maria
cleophe et maria magdalene
Cum vidisset ergo ihesus ma
trem et discipulum stantem
quem diligebat dicit matri



hic. Mulier ecce filius tuus
Deinde dicit discipulo. Ecce
mater tua. Et ex illa hora ac
cepit eam discipulus in suam
Postea sciens ihesus quia iam
omnia consummata sunt ut
consummaretur scriptura dix
Sitio. Vas ergo positum e
rat aceto plenum. Illi autez
spongiam plenam aceto ysopo
circumponentes obtulerunt
ori eius. Cum ergo accepisset
ihesus acetum: dixit consumma
tum est. Et inclinato capite tra

didit spm̄. ✠ Iudei ergo qm̄
parasceue erat ut non remanerēt
in cruce corpora sabbato. Erat
enim magnus dies ille sabbati
Rogauerunt pilatum ut nō
frangerentur eorum crura et
tollerentur. Venerunt ergo
milites et primi quidem frege
runt crura et alterius qui
crucifixus est cum eo. Ad ihm̄
autem cum uenissent ut uide
runt eum iam mortuum nō
fregerunt eius crura. Sed unus
militum lancea latus eius

aperuit: et continuo exiuit san
guis et aqua. Et qui uidit tes
timonium perhibuit et uerum
est testimonium eius. Et ille
scit quia uera dicit ut et uos
credatis. Facta sunt enim hec
ut scriptura impleretur. Os
non comminuetur ex eo. Et
iterum alia scriptura dicit.
uidebunt in quem transfixerunt.
Post hec autem roga
uit pilatum ioseph
ab arimathia eo quod esset disci
pulus ihesu occultus propter metum

iudeorum . ut tolleret corpus
ihū. Venit autem et nichode
mus qui venerat ad ihesum
nocte primum ferens mixtu
ram mirre et aloes quasi libras
centum . Acceperunt ergo cor
pus ihū et ligauerunt eum
linteis cum aromatibus sic̄
mos est iudeis sepelire . Erat
autem in loco ubi crucifixus
est ortus Et in orto monumē
tum nouum in quo nōdū
quisquam positus fuerat . I
bi ergo propter parasceuem

iudeorum quia iuxta erat mo
numentum posuerunt ihesum.
Obsecro Oratio.
te domina sanc
ta maria mater
dei plenissima summi regis
filia mater gloriosissima ma
ter orphanorum consolatio
desolatorum. via errantium
salus vere sperantium. virgo
ante partum virgo in partu
et virgo post partum. fons
misericordie fons salutis et gratie fons
consolationis et indulgentie.

Et per illam sanctam ineffa
bilem leticiam in qua exul
tavit spiritus tuus in illa hora
quando tibi per gabrielem ar
changelum annunciatus et
conceptus est filius dei. Et per
illam sanctam ineffabilem
pietatem gratiam misericordiam a
morem et humilitatem per
quas filius tuus descendit ac
cipere humanam carnem :
humanam in venerabilissimo
utero tuo et in quibus te respe
xit quando te commendavit

sancto iohanni apostolo et eu
uangeliste et quando te exal
tauit super choros angelorum
Et per illam sanctam ineffa
bilem humilitatem in qua
tu respondisti archangelo ga
brieli. Ecce ancilla domini
fiat michi secundum uerbũ
tuum. Et per illa sanctissiã
quindecim gaudia que habu
isti de filio tuo domino nostro
ihũ xp̃o. Et per illam sanctã
maximam compassionem
et acerbissimum cordis dolo

rem quem habuisti quando
vidisti filium tuum dominũ
nostrum ante crucem nuda
tum et in ipsa levatum vidis
ti pendentem crucifixum vul
neratum siciente apponi cla
mantem audisti et morien
tem vidisti. Et per quinque
vulnera filij tui et per contrac
tionem viscerum suorum. Et
per dolorem quem habuisti
quando vidisti eum vulnera
ri. Et per fontes sanguinis
sui et per omnes passiones eius.

Et per omnem dolorem cordi-
tui. et per fontes lacrimarum
tuarum ut cum quibus sanctis
et electis dei venire et festina in
auxilium et consilium meum
Et in omnibus orationibus
et requestis meis et in omni
bus angustiis et necessitatibus
meis. Et in omnibus illis re
bus in quibus ego sum factu
rus locuturus aut cogitaturus
omnibus diebus et noctibus
horis atque momentis vite mee.
et michi famule tue impetre

a dilecto filio tuo complemē
tum. Omni uita et consola
tione. omni benedictione et
sanctificatione. Omni dilec
tione. omni pace et prosperita
te. omni gaudio et alacritate
et habundancia omnium
bonorum spiritualium et cor
poralium et graciam sancti
spiritus qui me bene per om
nia disponat. animam meā
custodiat. corpus meum regat
mentes erigat cursum dirigat
actus probet uota et desideria



meam reforment cogitationes sanc
tas instituant peccata mala
indulgeant presentia emendent
futura moderentur vitam ho
nestam et honorabilem mi
chi tribuant. Et victoriam con
tra omnes adversitates huius
mundi et veram pacem spiri
tualem et corporalem michi
tribuant bonam spem caritatem
et fidem castitatem humilita
tem pacienciam: quinque sen
sus corporis mei regant et prote
gant. Septem opera mie com

plere me faciat. et duodecim ar-
ticulos fidei decem precepta le-
gis firmiter tenere et credere me
faciat. Et septem peccatis crimi-
nalibus me liberet et deffendat
usque in finem meum. Et in
novissimis diebus meis oste-
de michi faciem tuam. et annun-
cies michi diem et horam obi-
tus mei. et hanc orationem
supplicem exaudias et suscipi-
as et vitam michi eternam tri-
buas. Audi et exaudi me dul-
cissima virgo maria. Oratio.

O intemerata et in eter-
num benedicta virgo
singularis atque incomparabi-
lis dei genitrix virgo maria
gratissimum dei templum
spiritus sancti sacrarium ianua
regni celorum per quam post
deum totus vivit orbis terra-
rum. Te tu enim ihesu xpe filius
dei vivens omnipotens deus
sanctissimam in matrem fecit
assumens de te illam sanctis-
simam carnem per quam
mundus qui perditus erat

sal

uatis et animus preciosissimo sanguine suo mundus ipse redemptus est et peccata remissa sunt. formauit carnem in preciosissimo utero tuo de preciosissimo sanguine tuo unicus eam eterne et incommutabili diuinitati sue a quo bona cuncta procedunt per quem omnia facta sunt.

Adoro sanctissimam carnem suam cum preciosissimo sanguine suo quem ipse dat cotidie fidelibus suis sub forma panis et uini in cibum uiaticum in



receptionem animarum salu
tarem et vitalem qui digne
manducaverint habebit vitā
eternam. Qui autem indig
ne manducaverit iudiciū
sibi manducat et bibit sicut
plurimes sed mea culpa mea
gravissima culpa. Qui autē
non manducaverint non ha
bebunt vitam eternam. Et p
terea merito dicimus tibi gr̄
per te post deum totus vivit
orbis terrarum. Per hanc
fidem te deprecor dei genitrix

virgo maria aures tue pie
tatis supplicationibus meis
indignissimis inclina et ades
to michi miserrime peccatrici
propicia et in omnibus au
xiliatrix. rogans pro me ipm
fontem pietatis et mie crea
torem et redemptorem nos
trum ihm xpm filium tuum
et omnipotentem deum uer
a quo bona cuncta procedunt
per quem omnia facta sunt
qui non vult mortem pecca
toris sed magis convertatur



et iuuat cui proprium est mise
reri semper parcere ut ipse per
ineffabilem misericordiam tuam pre
cibus et meritis tuis absol
uat me ab omnibus peccatis
meis per que ei displicui. Tri
buens michi ueram humili
tatem ueram mansuetudi
nem et gratiam obediendi
fidei et spei et caritatis aug
mentum cum perseuerantia
Custodiens me a recidiuo pec
cati. a temptationibus et ma
chinamentis demonum nunc

di et carnis ita ut amplius non serviam demonibus quibus scelerum videlicet in superbia vana gloria cupiditate avaricia invidia ira luxuria accidia et negligenciis aliis infinitis et aliis multis peccatis in hijs enim peccavi et alios peccare feci mea culpa mea culpa mea gravissima culpa. Hiis peccatis perdidi regnum celorum et societatem electorum. Et quociens offendi piissimum filium tuum totiens letificavi



demones pessimos et in eorum eter
na supplicia. Tociens mea cul
pa mea gravissima culpa. Ideo
precor te dei genitrix perpetua
virgo maria ut tu impetres in
indulgenciam et remissionem
omnium peccatorum istorum
et quorumcumque aliorum sca ab
ipso filio tuo a quo bona cunc
ta procedunt qui illuminat
omnem hominem venientem
in hunc mundum fac ut ipse
illuminet mentem meam
lumine gracie sue inflamans

eam igne sui amoris. Et facit
me ipsum cum patre et filio et
spiritu sancto unum solum deum et
verum adorare in spiritu et veri
tate se ipsum super omnia bona
diligere et timere et eumdem
sperare et suam sanctissimam
passionem et suam pacienciam
imitari et sua mandata
custodire peccata vitare pros
pera mundi despicere et nulla
eius adversa formidare. Age
re in hac vita talem penitenci
am pro cunctis sceleribus

et peccatis meis que ei sit bene placencius et grata ita ut perveniat me in alia vita precibus et meritis tuis concedens me misericorditer vitam et regē sempiternam cum sanctis et electis dei. Oratio. Oratio.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus in illa sancta custodia ī qua commendasti spiritum gloriosissimi filii tui domini nostri ihū xpi quando misisti eum de celo ad terram. Et in illa

sancta custodia et memoria
in qua respexisti et commen
dasti gloriosam matrem tuā
in persona filij tui excuntez
benedicta quando commen
dasti sancto iohanni aposto
lo et euangeliste. Et in illa
sancta custodia et potestate i
qua commendasti spiritum tuuz
in hora nona deuenens sā
quando commendasti patri
tuo et dixisti. Pater in manꝰ
tuas commendo spiritum me
um etiam in presentia uen



sanguinis et corporis tui. Oro
Anima xpi sanctifi
ca me. Corpus xpi
salua me. Sanguinis xpi
inebria me. Aqua lateris
xpisti inebria me. Passio x
conforta me. O bone ihesu exau
di me et ne permittas me se
parari a te. Ab hoste malig
no deffende me. In hora mor
tis uoca me et pone me iuxta
te. ut cum angelis tuis lau
dem te in secula seculorum
amen. alia oratio bona.

Deus propicius esto
michi peccatori et
omnibus diebus vite mee.
Deus abraham deus ysaac.
et deus iacob. miserere mei et
mitte in adiutorium meum
michaelem archangelum
qui me deffendat et protegat
ab inimicis meis. Sancte mi
chael deffende me in prelio morti
ut non peream in tremendo
iudicio. Archangele xpisti
michael per graciam quam
meruisti te deprecor per unige



uiuentem filium dei dominum
nostrum ihesum xpistum accipias
me hodie a periculo mortis ⁊
Sancte gabriel. sancte mi-
chael. sancte raphael. sancte
uriel. Et omnes sancti ange-
li et archangeli succurrite m̄i
precor uos omnes uirtutes
celorum ut michi per summā
dei auxilium que nullus ini-
micus me condempnare pos-
sit nec in uia nec in conuiuio
nec in domo nec extra domum
nec in aqua nec in igne nec in

morte subitanea. nec in mor
te. nec in dormiente nec vigilan
te. Ecce crucem domini fugite
partes adverse nostre ihu xpc
vicit leo de tribu iuda radix david
all'a. Salvator mundi salva
me qui per crucem et sangui
nem redemisti me auxiliare
michi deus. Agios. Agios. Agy
os. Crux xpisti adiuva me.
Crux xpisti protege me. Crux
xpisti protege me. Crux xpisti
defende me. In nomine patris
et filij et spiritus sancti. Amen.

Royne qui fustes
mise. Et assise.
Lassus au trosne diuin
En uostre digne esglise.
Sans faintise
Suy uenus ace matin.
Come uostre pelerin
Chief enclin
Humblemant ie vous presente.
Mon corps et mame affin.
Que a ma fin
Vous vueilles estre presente.
Vierge doulce debonaire.
Exemplaire.

De parfaite charite
A vous ie me viẽs retraire
Car soubstraire
Vueil mon corps de vanite.
Helas vierge iay este
Maint este
Et maint yver sãs biẽ fayre.
Lennemi ma enorte.
Et tante
Pour moy en enfer attraire.
Jay fait ballades damours
En mes iours.
Jay employe tout mõ temps.
En ces complaintes deplours.

Et dolours.
Côme faut ces faulz amãs,
Dire que ie suy repentans.
Et dolans
Pour ce vous offre mõ lay
En priant que confortans
Et aydans.
Me soyes quãt ie mourray.
Tres souueraine princesse.
Je confesse.
Que des q̃ ieuz cognoissance.
Je eu suis folle ieunesse.
Par simplesse.
Et toute vayne pleisance.

Bien doy en vraye chrestiance.
Sans doubtance.
Requerir vostre confort
Que aye de repentance
La bondance.
Avant que voye la mort.
Je suis des mauvais le pire
Pour brief dire.
Jay mis mon entendement
A pechier et a mal dire
Et sempire.
De jour en jour grandement
Quant je pance fermement
Vrayment.

Je ne say mais que ie face.
Si lue et deplorer souvent.
Humblement.
Devant vostre doulce face.
Dorgueil ne me excuse mye.
Ne denuie.
Davarice ne de luxure.
Non foy ie de glotonnie
Dont follie.
Est mon ame oultre mesure
Par ire ay fait maynte iniure.
Layde et dure.
Par peresce et negligence.
Jay mis mame en auanture

Vierge pure
Se vous ney metes deffance.
Ja conter ne le sauroye.
Ne pourroye.
Les pechies dont iay grans fays
Car ce sont dur son loye
On pourroye.
Je nauroye fait bien male
En meffais
Et vous prie vierge marie.
Que veullies faire ma paix.
Des meffais.
Que iay fait vers dieu mon pere.
Glorieuse saincte dame.

Sans nul blasme.
A vous doy ie recourir
Pour sauuer corps et ame.
De la flame.
Que nous deuons tant cremir.
Chascun doit auoir desir
De venir
Vers vous gratieuse et belle.
Car tout bien et tout plesir.
Peut saillir
Le vray aiez que vous appelle.
Tres precieuse fontaine.
Clere et sayne
Et vraye estoille de mer

Esperance tres certaine
Damour playne.
Pour pecheurs reconforter.
Et comme vray ie voutez
Me sauuez.
Quant le iuge mat viendra.
Qui me pourra conforter.
Asseurez.
Vierge quant ce iour viendra
Helas vierge que dirons.
Que ferons.
Pecheurs a ceste iournee.
Car les anges trembleront.
Quant on mourt.

La santance redoubtee.
Vous soyes vierge honnoree.
Apprestee.
Devers dieu sainctes mayns.
En disant doulce portee
Tresamee.
Aux mains des humains.
Helas vierge que feray.
Ou iray.
Ce iour orrible et fier
Se tout vers vous ne reclamay.
Et diray.
Que suis vostre prisonnier
Je me doy bien retier

Et fier.
Car vous estes tante benigne.
Que ne pourries oblier.
Ne laissier
Celui qui vers vous se cline.
Pour ce vierge au cuer piteus
Paoureux.
Comme tout desconfortes.
Dolant pensif peu joyeux.
Angoisseux.
Vers vous me suis presentez
Priant que me regardes.
Et gardes.
Mere tout charitable.

Et maine es sains aceulx iuine
Et saintes.
En la gloire pardurable. A-
men. Deo gracias. Oratio
O Maria flos b[ea]te marie
virginum: Velud ro-
sa vel lilium: Funde preces
ad filium: Pro salute fideli[um]
De virgine oratio b[ea]te marie
Fleur de lis nette.
Maria rosa et violette.
Gracia belle et gracieuse. Or[ati]o,
Pleine de tous biens plante-
reuse.

Dominus tons filz et ton pere
Tecum est avec sa mere.
Benedicta tousiours seras.
Tu e le munde sauveras.
In mulieribus royne.
Et dame par vertu divine.
Benedictus le roy celestre.
Fructus que de ton corps
Voult naistre.
Qui nous donne remission.
Et a la fin salvation. Amen.
Benoite vierge Oratio bte
marie.
Qui aves pourte le sauveur.

Domine moy sainte et vie.
Et me tenes en honneur.
Et tous ceulx qui par moy daim.
Oraiont vostre noblesse.
Que mielhes garder mō ame
Quelle ne soyt en destresse.

Domine ihesu oratio.
xpiste qui in hunc
mundum propter nos pecca
tores de sinu abrahe patris tui
aduenisti ut nos redimeres
de ade peccato quia scio et credo
q' non propter iustos sed ppt
peccatores in terra habitare

uoluisti: Audi et exaudi me
domine deus meus peccatorem
et indignum culpabilem negli
gentem maximum tibi confi
teor omnia peccata mea et oīa
mala et quicquid in hoc mun
do commisi. a delicto siue de ini
quis cogitationibus. O bone ihū
de quibus huius ueniam peto. nā
si peccaui erraui tamen et non
negaui. quia scio et credo quod
tu pius es indulge in xpe quia
te laudo et adoro et glorifico:
trinitas sancta tibi gratias.



ego in omnibus infirmitatibus
meis quia non habeo meliorem
spem nisi te domine et ad portas
ecclesie tue xpiste confugio et
ad pignora sanctorum tuorum
indulgenciam peto prosterna
tus. Precor te supplico te ut con
cedere digneris indulgenciam
pro tua magna clemencia et
pietate usque in finem meum.
Et in illa hora tormenta quando
anima mea exitura erit de cor
pore meo da michi rectam seu
sanam rectam fidem et rectam ac

dulitatem michi concedere dig-
neris. xpe omnipotens. exaudi
me et animam meam liberare
digneris de inferno inferiori
deus omnipotens libera me de pe-
na infernali deus omnipotens
libera me de igne inextinguibi-
li deus omnipotens libera me de
temptatione sathane. deus om-
nipotens libera me de vermibus
inmortalibus. deus omnipotens
libera me de angustia eternali
deus omnipotens libera me de om-
nibus malis deus omnipotens libe-



tra animam meam de tenebris
exterioribus. Quia ante confi-
do et opera manuum tuarum
sum ego non me despicias. Ro-
go ac sanctissimam dei genitri-
cem mariam. Rogo vigen-
ti quatuor seniores et omnes
sanctos angelos tuos deprecor
omnes patriarchas et prophe-
tas. Supplico omnes sanctos
apostolos omnes martires con-
fessores virgines. Similiter
rogo etiam omnes sanctos et
electos tuos in meo auxilium

meum in illa hora tremenda
quando anima mea exitura
erit de corpore meo. Te deprecor
te supplico te rogo sancte Michael
el archangele qui accipiendi
animas accepisti potestatem
ut animam meam accipere
digneris quando de corpore
meo erit egressa et libera eam
de potestate inimici ut per tuã
sine possit portas infernorum
et vias tenebrarum ut nosse
apponat lex vel draco qui cõ
suetus est animas in inferno



recipere et inexterminium tormen
torum perducere. P. Oratio.

Anima xpisti sanctifica
me. corpus xpisti salua me. San
guinis xpisti inebria me. A
qua lateris xpisti laua me.
Passio xpisti conforta me.
O bone ihesu exaudi me in die
iudicii libera me et ne me per
mittas separari a te. Ab hos
te maligno deffende me. In ho
ra mortis uoca me et pone me
iuxta te ut cum angelis tuis lau
dent te in secula seculorum amen.

1-3^{8} 4^{6} 5-27^{8}
= 214 ff., incl. blank f. 30
c.c. 6/88 RF







